CONCILIVM PAVLI.

AVCTORE FRATRE PADVANO BARLETTA

IN GIMNASIO
Domus magnæ
Venetiarū.
THEOLOGIAM PVBLICE
profitente, Dydimo &
Philothæo collo-
quentibus.



IN DOMINO CONFIDO.

VENETIIS

Ad Signum Crucis.

M. D. XLV.

MAGNIFICO DOMINO, DOMINO ANDREAE CORNElio patritio Veneto, ELECTO BRIXIEN.

Frater Paduanus.

S. P. D.

NVLLA in Auctorum interpretatione, Reuerendissime Domine studiosorum patrone certior via: nulla denique ad sacrę scripturę indagandas veritates, magis perspicua methodus extare dignoscitur ipsa contradictione: tres nempe sciendi modos, ars logica prouide nobis prestitit: diffinitionem scilicet diuisionem & argumentationem: quorum quolibet in sedandis contradictionibus (alterne tamen) scientes uti debere necessum esse dicimus: ob id.n. Plato (quē diuinū appellāt) In Theateti libro Heraclito adstruēti omnia sēpermo ueri. Parmenidē Melisssū atque zenonē Philosophos asserētes oēque est, eē īmobile cōtradictores reddit cuius uoces imitatus prīceps pipatheticorū octauo li. de phisico auditu in cōcinā hāc eisdē cōntradictionē impīgit. Eniuero ueritatis norma ueritas ipsa Christus hāc nobis ītelligēdi regulā porrexit cū in pharisceos diceret. quomodo dicūt: Christū eē Dauid filiū et ipe Dauid dicit in libro psalmorū. Dixit Dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis? Cū itaque ī sacris Apostoli monimētis q̄dā sint difficilia ītellectu: q̄ (vt ait Petrus) īdocti et īstabiles hoīes puertūt (sicut & cæteras scripturas) ad suū ꝓpriū interitū, ueritaMatth.22. Rom.12 luce.20. ps.109. 2.can.3.

tis amore allectus ego ad orthodoxę ecclesię profectũ: difficultatẽ dubietatẽq; omnẽ inde abolere intẽdẽs: huiusmodi cõtradictionis mixturã delegi. Nõ me latet nihilosectius: oganientes nugaces nõ paruas nugas in has dilucidationes (ut solẽt) deprõpturos. Tu vero antistes meritissime: quẽ ueritatis tutorẽ: studiosorũ patronũ. Iustitię zelatorẽ: pauperũq; piũ parẽtẽ iure appellitãt omnes: Libellũ hũc tuo nomini dicatũ: et uirtutis acumine et dignitatis authoritatẽ undiq; tutũ reddere ualebis uale ad Nestoris Annos & me tuum Ama.

ARGVMENTVM PRAESENTIS CODICILLI.

Di. NOstris expletis Colloquijs de ecclesiastica Republica ꝑdocte Philothee mihi in mentẽ uenit Pauli monimenta calcatius delibare. Nẽpe tẽpestate nostra inoleuit: ut neminẽ aliquid scire arbitrẽt: qui Pauli mineruã nõ caleat q; si grecę aut hebraicę quispiam pandat miris profecto afficitur laudibus. verũ (nõ ut Apostolo ĩpĩgã). Qui totus spiritu plenus extat: quin potius ꝓpriæ ignorantię tenebras damnare intendens multa contradictorię dicta inde mihi se offerunt. Aliqñ enim uidere mihi uideor. Paulum sibi met ipsi contradicere nonnunq; Petro & Iacobo: (etquod turpius sonat) multoties Christi Euangelio dicta sua ipsum opponere: sed quoniam tu mihi lumen post primum lumen Christum: Idcirco Emergentiũ cõ-

Phy. tradictionum nodos ad amussim mihi disoluas supliciter queso. Age mellitissime Didyme: contradictorios tuos expromas conceptus: si te dilgan tu te scis: nullo nẽpe ĩ te doctrinę munere grauabor quin ad lucẽ sequẽtẽ amice tibi respõsa prestabo.

Contradictio prima.

PAulus seruus Iesu Christi.

DEmiror enim Paulum se Christi seruum nuncupasse: ait enim Dominus. Iam nõ dicam uos seruos sed amicos & ratione reddens dicit: quia seruus nescit quid faciat Dominus ego autem nota feci uobis quecunq; audiui a patre meo. Igitur potius se amicũ Christi nominare debuit: q̃ preceptoris dictato contradicere: ad quod quidem accedit: quoniam ipsemet Paulus dicit: ita q; fratres nõ sumus ancillæ filij sed liberę qua libertate Christus nos donauit.

Dis.

Ioã. 15.

Gala. 4.

Solutio.

Scias uelim Didyme: ex sacris literis duas nos uenari seruitutes, est enim seruitus timoris. qua mãcipiũ Domino obtemperare solet: profecto si penę timor non esset Nemo ex eis quos seruos appellamus suis Dominis seruire uellet: & talem timoris seruitutẽ expressere Petrus & Paulus dicentes: Serui subditi estote Dominis in omni timore: non tantum bonis & modestis sed etiam discolis: Nempe ad hãc seruitutem neminẽ Christus sibi elegit: ait enim Paulus non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum. In quo clamamus: Abba Pater. Est alia seruitus amoris: qua filij parentibus seruire tenentur: dictãte lege honora patrem tuum & matrem tuam: q; enodare intendens Paulus inquit. Filij obedite parẽtibus in Domino: et hac seruitute se seruam appellitans Sarra uiro Abrahæ obediebat. Dominũ eum sibi vocans: Dum itaq; se Christi seruum nominat Paulus, non timoris sed amoris vinculo se Christo alligatum esse adstruit.

Phylo.

Ad ephe. 6

Ad Ro. 8

Exo. ca. 20

Matth. 19.

Ad. eph. 6.

Ad col. 3.

Gen. 18.

petri. 3

Di: Arbitrabar equidem Pater Philoteę: censere te multoties Paulum appellitasse se:& confratres xp̄i seruos ex humilitate: licet omnes eius amici forent ex euāgelica norma ait enim Paulus et Timotheus

Ad eph.1. ad thi.c.1 ad roma.1 serui Iesu Christi: Itidem. Paulus seruus Dei hoc ipsum Paulus seruus Iesu Christi.

Phi. Non nihil est quod dicis. Namq; Christus: assidue nos ad humilitatem hortatur ait: enim quicunq; voluerit inter vos maior fieri sit vester minister: quod enim declamatorie exprimentes Iacobus & Petrus dicunt. superbis Deus resistit humilibus autem dat gratiam.

Math 20. Cap.14: 1.cano.5:

Notula.

Vide August.19.libro de ciuitate Dei cap.15.& libro 22. cap.6. libro 21.cap.11. Riniare tamē, quo modo seuitus permittitur In Euangelio, Dicente Apostolus seruus vocatus es, non sit tibi curæ; sed si potes fieri liber: magis utere seruitute. S.

1.cor 7:

Contradictio Secunda.

Testis est mihi Deus cui seruio in spiritu meo.

Di: Ex Euāgelico dogmate perspicue cernimus Xp̄m precepisse nullatenus esse iurandum: ait enim. Ego autem dico vobis nolite iurare omnino neq; per cęlum neq; per terram sit sermo vester, est, est, non, nō. Nihilosectius Paulus in monimentis suis multoties Iurare cōsueuit: Inquit enim. Testis est mihi Deus cui seruio in spiritu meo: & Alibi ait quotidie moror per uestram gloriam fratres Itidem testem Deum inuoco super animam meam, quia parcens vobis nondum ueni: & ulterius: que autem scribo uobis ecce coram Deo quia non mentior.

Math.5: Iaco.5, Rom:ca.1 1.cor.15. 2.cor ca.1. Ad gal.c.1

Solutio.

Duo ſcitu digna te ſcire iubeo mi didyme: & ꝙ fal ſum iurare periurium ſit: & qui iuramento ſine ne ceſſitate procliues ſunt, periurio appropinquant: Nempe ambo hec dictata lex ipſa tibi obſtetat, ait enim. Non aſſumes nomen Dei tui in uanum: cui ſubnectitur: Non dices falſum teſtimoniũ: Chriſtus itaqꝫ hec duo duntaxat prohibere intendit videli cet. Quod quis Pſeudo non iuret: nec ad iura mentum procliuis ſit ſine neceſſitate: Idcirco rite dogmatizat Paulus: inquiens. Finis omnis contro uerſie eſt iuramentnm. Phy. Exo. 20. Heb. cap. 6

Notula.

Vide Auguſtinum in ſermone de periurio: ſuper Ioſue. q. 13. lib. 19. contra fauſtum Manicheum cap. 23. & p̃s. 109. ſuper uerſiculum
Iurauit dominus & non penitebit eum.

Contradictio Tertia.

Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant quæ non conueniunt.

Ait Paulus, tradidit illos. Deus in reprobum ſenſũ at faciant quæ nõ cõueniunt: Deus itaqꝫ eſt author mali & cauſa obdurationis: uerum de ĩfidelibus ob ſtinatis: inquit: qui deſperantes ſeipſos tradiderunt impudicitiæ in operationem omnis immunditiæ. Igitur homo peccator: ducit ſeipſum ad nephas, et Nullatenus deo hmõi mixturã ĩpingere debemus. Di. Roma. 1. ad ephe. 4

Age pater Philotheę. A deo talis ſcripturæ con trouerſia meum diſcrutiat animum: ut undiqꝫ mihi contradictio ſeſe offerat: inquit Moſes: ego indu rabo cor Pharaonis, & rurſus: ego indurau cor Pharaonis; Igitur Deus indurat hominum corda. exo. 4. etā 4 Exo. 10.

Exo.8. & tamen ipse idē Moyses dicit:& ingrauauit Pharao cor suum.Ergo obduratio cordis nobis & non Deo est ascribenda,Paripassu Esayas dicit. Indurasti nos Domine ne timeremus errare nos fecisti:
Cap.63 ps.94. Nihilominus Dauid clamat,nolite obdurare corda uestra: Consimiliter Ioannes Euangelista dicit
Ioā.c.12. Esa.ca.6. Excecauit oculos eorum, & indurauit cor eorum ut non videant oculis & non intelligant corde, & conuertātur & sanem eos. Nihilosectius Mattheus dicit:& incrassatū est cor populi huius & auribus
Cap.13. Aug.de pđ. et grā.c.4 grauiter audierunt,& oculos suos clauserunt neqñ videant oculis & auribus audiant:et corde intelligant & conuertantur & sanem eos: En patens contradictio in euangelistarum dictatis: Ioannes nempe deū pharriseos excecasse adstruit Mattheus uero eos clausisse proprios oculos ne videant dicit.

Solutio.

Tria hec dictata ex sacris codicibus perpendas mi Didyme videlicet tradere in reprobum sensum: obdurare,& excecare, Deum namq; tradere hominē in reprobum sensum est ipsum deserēdo nō adiuare. nempe post primorum parentū lapsum adeo omnes ad vitia procliues gignimur ut si quispiam innera arbitrij sui libertate desideratur: et Adeo spi-
Ro.ca.7. ritualiter non adiuuet mox in peccatorū foueā de-
ps.25. labatur: hanc enim ad malum naturæ humanę in Adam vitiate pro pensionem. Paulus legem carnis appellat: quod totum deprompsit Dauid dicēs, ad
ps.36. iutor meus esto ne:derelinquas me & rursus: Deus
ps.59. ps.36. in adiutorium meum intente: Domine ad adiuuan
Luce.15 dum me festina & lucidius Auertisti faciem tuam a me:& factus sum conturbatus: tale Hercle spirituale auxiliū Euāg. Cananea postulabat ad Christū co nuersa dicens. Domine adiuua me: hoc ipsum

Apostoli exposcebant clamãtes Dñe adauge nobis Lu.ca.14
fidẽ: similˀt obdurare est nõ mollire p gratiã: dũ.n.
cor hominis p gratiã, nõ mollescit, Ipsũ seipso indu
rat. Excecare ãt est nõ illuminare lumine fidei. Tra
dit itaqꝫ Deus quempiam in reprobum sensum, nõ
aliquid mali in eo patrando, sed ipsum in libertate
sui arbitrii deserendo, spirituale auxilium ei presta
re denegans: hoc namqꝫ pacto Pharaonem indura-
uit: volens mollire eum per gratiam, sic etiam pha-
riseos excecauit lumine fidei eos illuminare conten
nens, ob id vero scripturæ non degenant Pharaonẽ
cor suum propria voluntate ingrauasse: & pharise
os propria malitia seipsos excecasse. Iob enim inqt
ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt uias eius. Cap.14.
Esaias autẽ clamitat. Surge illuminare Yerusalem. Cap.60.
Quibus consentit Paulus inquiens surge qui dor-
mis: & exurge a mortuis et illuminabit te Christus Ephe.ca.5
Sed oganiens quispiam diceret: cur phariseos lu- Di.
mine fidei non illumiuauit? Similiter, cur Pharao- Aug. d pde. & gra c.15
nem per gratiam non molliuit. Quemadmodum
Nabucdonosor, cũ ambo Egipti Reges fuerint am
boqꝫ in Deum peccauerint?
Tuę dubitatiunculę satisfacit Paulus mellite Didy Phy:
me, dicens, cuius vult miseretur & quem vul indu- Rom.c.9.
rat: Moysi enim dicit, miserebor cui misertussum et Exo.c.33.
misericordiam prestabo cui miserebor.
At qui sic curiosius petã, cur nam uoluit Deus ali- Di.
quorum corda mollire? aliis eandem porto dene-
gat gratiam? nullatenus eos mollescere volens?
Paulus ipse tibi obicitdicens: tu quis es ut respon- Phy.
deas Deo cui adstipulatus Augustinus dicit: quare Rom c.9
hunc trahat & illum non: noli uelle iudicare si non sup Io.c.6.
uis errare. Enimuero ego errare non expauesco qa Di.
causam talis uolũtatis accuratius q̃rito, dic queso

Philotheæ: Effare (si libet) cur Deus ipse uni auxiliū prebet: alteri uero penitus negat?

Phy. Curiosis equidem curiose satisfaciendum, consentaneum dico: Icirco assero uni Deum ipsum, ex sua misericordia auxilium prebere, nulla in recipiente stante meritoria causa. Alteri uero gratiam denegat, uidens eum auxilium omnino spernere. vt si auxilliatus est Nabucdonosor, hoc ex mera sua clemētia effecit: si autem Pharaonem adiuuare abnuit: in causa fuit, quia pharao ipse contra Dei misericordiam pietatem libero suo pugnauit Arbitrio Dei auxilium duro corde spernens: similiter si Petrum ad ima delapsum adiuuit: Iude vero auxilium noluerit: Id fuit quoniam Iudas ipse ab eo adiuuari nolebat: omnes nēpæ Deus ipse adiuuat qui eius suffragia, In pace ecclesiæ piæ expostulant.

Di. Vnde has paradoxas expicatus es pr̄ Phylotheæ?

Phy. Augustinus cui in sacris literis interpretandis valde profecto initēdum, dicit de Nabucdonosor & Pharaone loquens: Hic enim manum Dei sentiens in recordationem propriæ iniquitatis ingemuit. Alter

de pre. & uero contra Dei misericordissimā pietatem, libero

grā. ca. 15. pugnauit. Arbitrio, rursus, in eo cuius misereť eius

de grā. & gratiam ignoscite, in eo vero quem obdurari per-

lib. Arb. mittit: eius demerita credite. Itidem, Deus deserit

cap. 23. tantum dignos deseri. Istuc ipsum exprimitur Apo

de natu. & calipsis. Sto ad hostium & pulso siquis aperuerit

grā. cap 23 intrabo?

&. 3.

Notula.

Vide Augustinum de ecclesia. dogma. cap. 21. & 22. libro de predest. & gratia. ca. 4. et 15. In Enchyri. c. 97. libro de natura, & gratia. ca. 15. lib. de gratia &

libero arbitr. ad valenti. ca. 23. et de natura et gratia ca. 23. Vide Paulum 2 ad Teſſ. ca 2. dicentem, Eo ꝙ charitatem ueritatis non receperunt: Ideo mittet illis deus operationem erroris ut credant mendatio & ad Roma. primo inquit propterea tradidit illos deus in paſſiones ignominię rurſus propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum in immunditiam. Et vide Auguſtinum pſalmo. 6. Verſiculo illo. Conuertere Domine & eripe animam meam Dauid p̃s. 80. Et eduxiſti eos ſecundũ deſideria cordium eorum Ibunt in adinuentionibus ſuis.

Contradictio Quarta.

Non ſolum qui ea faciunt ſed etiam qui coſentiunt faci entibus, digni ſunt morte.

Agentes & conſentiente in ſcelere pari multãdos eſſe pena docet Paulus. Verum Chriſtus oppoſitũ in Euangelio decernit alloquens enim ipſe Pilatum preſidem inqt Propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet magis itaq; deliquerunt pharisei Chriſtum damnantes: q̃ Pilatus eis conſentiens. Di. Rom. c. 1. Io. cap. 19.

Solutio.

Penam fore parem biſariam intelligere quimus, et parem in genere et parẽ in gradu: Exempli cauſa ſicuti omnes ad tartara detruſi parem luunt penam in genere pene ignis ſcilicet eterni: non tamen parẽ in gradu: quia unus altero acrius deſcrutiatᷣ: paruuli nempe ſine baptiſmate decedentes: ad inferna detrudunẽ, æterno ignę cruciandi. Inquit Auguſtinus Minori tamen ardent flamma q̃ adulti ſine fide, Phy. lib. 1. de meri. et remiſ. Ca. 1. & 16

Nota

Dum igitur Paulus adstruit agentes & consentientes pari multandos pena esse, intelligit in genere pene. Christus autem dicit non pari supplicio puniendos in gradu supplicij. Pharisei profecto et Pilatus ambo inferni igne comburuntur: leuius tamen ille ignis agit in Pilatū q̄ in pharisseos: hoc namq̧ pacto agentes & consentientes pari pœna puniuntur humana iustitia, in genere non in gradu.

Notula.

Vide Augustinum libro contra Manicheos: & de uerbis Domini ser. 19. & Addas hec glosemata: nisi consentiens inuitus consentiat seu inuincibili necessitate compulsus. Vide Regulam ex sacris canonibus. 2. q. 1. ca. notum sit agentes & consentientes par pena constringit.

Ex Secundo Capitulo.

Contradictio Prima.

Rom. ac. 2 Reddet vnicuiq̧ secundum opera sua.

Di. Adeo opera magnificat hic Paulus: ut ea uite æternę premio digna esse censeat: dicens reddet unicuiq: secundum opera eius quod quidem Dauidis sen-
ps. 61; tentia prius explosum fuit. Domine tu reddis uni-
1. Cor. 3 cuiq̧ iuxta opera sua. Istuc ipsum adstruit Paulus cum dicit, unusquisq: enim propriam mercedem accipiet secundum suum proprium laborē: & rur-
Gal, ca. 6. sus: que enim seminauerit homo hec & metet verū videre mihi videor Paulum contradictoriæ sibi
Roma. 8. loquentem, ait enim, non sunt condigne passiones huius seculi ad futuram gloriam, que reuelabitur
Titū. c. 3. in nobis: itidem non ex operibus iustitiæ quæ feci-

mus nos: sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit: & illud idem nō secundum opera nostra sed secundum propositum suum & gratiam q̄ data est nobis in Christo Iesu: Similiter gratia facti estis per fidem, & hoc non ex vobis Dei enim donum est: & iterum: gratia Dei vita eterna igitur nostra iustificatio non pendet ex operibus, minime nostra salus. 2. ad tim. ii ad ephe c. 2 ad rom. c. 6

Opera dupliciter considerare solemus, ut sunt effecta sine fide, & hoc pacto humana opera nuncupātur & nullius sunt valoris apud Deum: nec digna erunt suaptæ natura fælicitari: ait enim Paulus, sine fide impossibile est placere Deo: Aliter enim cōsideramus opera ut fructus fidei sunt: sineqquibus fides ipsa emortua dicit̄ Tali namq; pacto Dei opera appellantur. Licet nostra sit namq; sunt fructus fidei quæ est donum Dei: & huiusmodi opera eum coronat Deus, sua in nobis coronat dona: inquit Augustinus: quibus operibus sequētibus fidē Deus ipse tribuit mercedem vitæ, ait enim, merces vestra copiosa est in celis. Rursus, Voca operarios et redde illis mercedem suam: his etiam operibus, corona iustitiæ reddi solet. Dicente Paulo ad Timotheum. Bonum certamen certaui cursum consumaui fidem seruaui, in riliquo reposita est mihi corona iustitię: quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex: Et ulterius: non enim iustus est Deus, ut obliuiscatur operis vestri. Matth. Filius hominis uenturus est in gloria patris sui & tunc reddet vnicuiq; secundum opera eius. Phy. Heb. ca. 11. Iaco. ca. 2. ad eph. c. 2 Hom. c. 14 Matth. 5. matth. 20 2. cap. 41 Heb. ca. 5 cap. 16.

Notula.

vide Augustinum de fide & operibus cap. 14. Lib. Homeliarum Homelia. 14. ps. 30. & in Epistola ad Valentinum. Ioannis. 5. & qui bona fecerunt ibunt

in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerũt in resurrectionem iudicij.

Contradictio Secunda.

Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.

Di. Per opera sequẽtia fidem hominem peccatorem iustificari palam ostendit Paulus dum dicit: nõ enim auditores legis iusti sunt apud Deum sed factores le-
de spũ. et lr̃a cap. 26 gis iustificabuntur Augustinus namq; sacrarũ literarum interpres uigilãtigissimus. Hoc pacto dictũ
de fide et operibus c. 14 Apostoli interpretatur factores legis iustificabunť
Ro. cap. 3 veruntamen ipse Paulus dicit: arbitramur enim hominem iustificari per fidem sine operibus legis nẽpe hec duo dicta ualde sese certãt videlicet factores legis iustificari, et hoĩem sine opibus legis iustificari. Solutio.

Nonnulli talem emergentem contradictionem dis-
Phy soluere cupientes autumarunt Paulum arbitratiue loquutum fuisse. Dum dixit arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis: sed nihil est
Rom. cap. 1 quod dicunt, ait enim ipse Paulus, iustus autẽ ex
Rom. ca. 3 fide uiuit: & rursus, ex operibus legis non iustifica-
Rom. cap. 5 bitur omnis caro: Itidẽ iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum
Cap. 2. Iesum Christum: & ad galathas inquit, si enim ex lege iustitia. Ergo Christus gratis mortuus est.

Alij vero dicta Apostoli calcatius mẽtiri volentes, adstruunt Paulum loquutum fuisse de operibus legis iuditialibus & ceremonialibus, non autẽ moralibus qualia namq; sunt decalogi instituta.

Exo. c. 20 Matt. c. 19 2. Cor. ca. 3. Verum enimuero nec ipsi scopum rei tãgere potuere, nempe Paulus dicit litera occidit spiritus autẽ

uiuificat quod Augustinus ĩterpretaẽ de tota Moy sis lege sine fide est enim lex sine fide litera ocidens quia precipit quod nullatenus homo adimplere potest sine fide: & dum legi addictus que lex seruanda precipit ipse non seruat, mortem sibi vendicat. de. spũ. & litera. cap. 4. & 5

Di. Hercle huiusce contradictionis perspicuam solutionem hactenus non video perdocte Philothee. Exprome Eya si libet, dictorum Apostoli ex propria officina sanum concilium.

Phy. Te scire scio mi Didime, binam esse hominis iustificationem qua de iniusto fit iustus: est enim prima q̃ in baptismate iustificatur a noxa originali per fidẽ expurgatus, & (ut ait Paulus) per gratię adoptionẽ Heb. ca. 6. Est & alia dũ quispiam ex multis facinoribus que in Deum per preuaricationem legis molitus est, p penitentiam mundatur, prima namq; iustificatio p solam fidem sine aliquo precedenti opere efficitur. Paruuli enim in peccatis concepti a macula originali baptismatis unda abluti, iustificãtur, qui nihil boni iam patrarãt. At cum adultus suscepto baptismate in peccatorum foueam demergitur totis uiribus niti debet, ut fides eius (Licet ex peccato infirma quemadmodum adstruit Augustinus) fructus pariat bonorum operum; qui sunt opera legis: Quoties itaq; Paulum audies dicẽtem nudam fidem sine operibus legis hominem iustificare: primam hominis iustificationem eum nos edocere scias. Dum vero opera sequentia fidem ad iustificationem necessaria clamitat Paulus, de secunda differit iustificatione; capis ne mi Didyme. de verbis Apostoli ser. 13. & 10.

Notula.

Legito Luce cap. 17. Domine adauge nobis fidem Ad Eph. 5. c. surge qui dormis & exurge a mortuis & illuminabit te Christus; Iacob. cap. 1. qui autẽ p

ſpexerit in lege perfecte libertatis non auditor obliuioſus ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit. In actis cap.10. Petrus inquit. in omni gente q. timet Deum & operatur iuſtitiā: (hoc eſt opera iuſta) acceptus eſt illi: Auguſtinus de vita Chriſtiana cap.13. ad ſixtum Epiſtola.105. & de fide & operibus cap.13.14.&.15.

Contradictio Tertia.

Gentem que leges non habent naturaliter ea que legis ſunt faciunt.

Di. Q ue iam iam enucleaueras rite cepi pater Phylothex, verum ex dictis Pauli noua mihi ſe offert cōtradictio, quæ mirumimmodum meum obnubilat animum.

Phy. Q ue nam? dic ſodes, age exprome dubiū, ne ſileas queſo inquit Paulus ad Rom. gentes que legem nō habent naturaliter ea que legis ſunt faciūt: & tamē ad cor. ait, non ꝙ idonei ſimus cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficiētia noſtra ex Deo eſt. En perſpicuam contradictionem, hinc enim gētes naturali dictamine opera legis efficere adſtruit. Inde vero quempiam nec aliquid boni abſq; Diuine gratie munere cogitare poſſe clamitat.

Cap.2

Di. 2.cap.3.

(Solutio).

Phy. Non ab re Didymus diceris: nempe ſapiētie medullas dubitando exhauris ſcias uelim quantum ex Auguſtini interpretatione textus Pauli nobis elucesit Dum Apoſtolus dixit gentes que legem non habēt naturaliter ea que legis ſunt faciunt non utiq; intelligit de gentibus in perfidia gentilitatis permanentibus ſed de illis qui prius gentes fuerant & ad Chriſtū

Aug. ſ. & I ra.ca.27. & 28.

conuerſi

conuersi fidei donum acceperant & verborum intellectus talis est gentiles qui tēpestate ista ad Christum venerunt naturali lege adiuncta fide seu naturali dictamine rationis illustrato fide, operantur opera bona qualia lex precipit & tamē non habēt adhuc legem scriptam, quia lex euangelica nondū promulgata erat: Idcirco subdit eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex (per fidem scilicet). Nolim itaq; perpendas mi Didyme paulum asserere quempiam naturaliter absq; fide legem seruare posse: aut opera bona efficere: qualia lex ipsa precipit: nempe post latam legē. Christus dixit Sine me nihil potestis facere: hoc est: nec parum boni. Teste Augustino: & rationem apponens ait: ego sum vitis vera et vos palmites: sicut palmes non potest facere fructum nisi manserit in uite, sic nec uos nisi in me manseritis. Io.cap.15. de uerbis ap.ser.13.

Rē acu tetigisti Phylotheæ Nihilominus Augustinus ibi bifariam textum illum enodauit & de gētibus ad Christū conuersis, etiā de gentibus in infidelitate gentiū perdurantibus, uolens ipse Agustinus Paulum ibi iudeos ad Christum conuersos arguere eo ꝙ in nonnullis gentibus deteriores effecti erant: nam gētes non habentes legem. Moysis scriptam, multa bona opera conformia legi operabantur, ipsi uero iudei nullatenus legem seruare volebāt: Si textum hoc sono intelligimus: perspicua est profecto contradictio in uerbis Pauli unde ergo uenabimur consilium: Di. de spiritu et littera cap. 27. & 28.

Vereor mi Didyme, ne tibi satisfaciam: mihi autem nūquā uerū pro captu meo dicam sedulo: Ex sacris literis duas uenamur gratias preuenientē scilicet et subsequentē ait enim Dauid ps. Deus meus misericordia eius preueniat me ulterius. et misericordia tua subsequatur me omnibus diebus uitę Phy. ps.58.

De natura & gratia. cap.32. meæ: cuius voces imitatis Augustinus īquit: gratia preuenit vt pie viuamus subsequitur vt cū ipso se per uiuamus: gratia p̄ueniens bipartitur adhuc: est enim gratia preueniens generalis que a doctoribus scolasticis gratia gratis data nuncupatur: alia autē cōmunis influentia: Augustinus autē lib. de prede. Sanctorum appellat eam vocationem generalem qua Deus omnes vocat vocatiōe externa: per amicos: per predicatores: per sanitatem: infirmitatē: diuitias paupertatem: aduersitates: & prosperitates. Paulus autem actum generalem Diuinę uoluntatis quo omnes vult saluos fieri nominat dicens: Ad Thimo. Deus vult omnes homines saluos fieri: hec quidē gratia cōmunis est omnibus, bonis et malis, electis & reprobis sicut sol et pluuia: solem nāq; suum oriri facit super bonos et malos: et pluit super iustos & iniustos. Idcirco dicitur: Multi sunt vocati pauci vero electi: Altera vero est gratia preueniens spetialis qua Deus ipse electos duntaxat vocans (vt ait Augustinus) eis impartitē: et talis gratia multis nominibus in sacris codicibus nominari consueuit: aliquando enim vocatio interior: de qua Paulus, quos p̄destinauit hos & vocauit: quos vocauit hos & iustificauit: quos iustificauit hos et glorificauit nonnunq̄ illuminatio: p̄s. illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte: et etiam porrectio fidei. Esay. enim dicit surge Illuminare Ierusalem: quia venit lumen tuum cui adstipulatus Paulus blādis uocibus clamitat: Surge qui dormis et exurge a mortuis et illuminabit te Christus. Sepius etiam dicitur auxilium Dei speciale: p̄s. adiutor meus esto ne dereliquas me: rursus Deus in adiutorium meū intende domine ad adiuuandum me festina: nec nō adiuua nos Deus salutaris noster. Alias tractus nun

Marginalia: san. tho. & san. bona. in. 2. dis. 28 sco. in. 1. dist. 17. in 4. dist. 14. q. 2. — 2. Cap. 2. — Matt. 5. — Matt. c. 20 — de predest. 5. cap. 16. — Rom. ca. 8 — p̄s. 12 — Cap. 60. — Ephe. 5. — 36. 69. — p̄s: 28.

cupatur Ioā 6. nemo poteſt uenir ead me niſi pater meus qui miſit me traxerit illum: Vbi Aguſtinus: ait Deus trahit hominem ad ſe non cogēdo ſed inſpirando: quādoq; autē Verſio, prouerbiorum ca. 21. cor. Regis in manu Domini. quocunq; uoluerit uertet illud: Demum compulſio in Euangelio inſcribitur. Exi in uias & ſepes et quoſcūq; inueneris cōpelle eos intrare. Extat tertia gratia que eſt charitas: & hec ſubſequens dicitur: quia multotiēs hominis bona opera ſubſequitur: licet ex operibus nō det ut aperit Paulus ad Rom. Dicēs, ſi gratia eſſet, ex operibus gratia non eſſet gratia. Hec eadē gratum faciēs nuncupatur, quoniā opera noſtra ipſa ſola Deo grata reddat: et nos premio uite dignos efficiat: Teſtante Apoſtolo Gratia Dei vita Eterna.

De verbis apoſtoli, ca. 13. 16.

Luce, 13.

Cap. 11.

Generali gratia que neminem excludit mediante: unuſquiſq; opera legis efficeret īperfecte tamen: Secunda concurrente, que gratia preueniens ſpetialis denominatur quilibet opera legis perfecte operati poterit. At opera meritoria & premio uite eternæ digna: nemo unq; efficiet niſi ex uiua charitatis radice, que eſt gratia gratum faciēs: ut exploſit Paulus 1. ad cor. cap. 13. Si habuero tātam fidem ita ut mōtes transferam charitatem autē non habuero nihil mihi prodeſt. Ex hac itaq; dilucidatione capias mi Didyme dictorum Pauli ſanum concilium. Dum enim aſſerit gētes naturaliter abſq; fide, opera bona efficere ſimilia. Illis quæ lex ſeruāda precipit imperfectæ quidem eos operari ītelligit: cum uero adſtruit neminem abſq; fide aliquid boni agere poſſe: nec etiam cogitare perfectæ dices: ut ſint illa opera perfecte diſpoſitiones ad gratiā gratum faciētem ſine fide, nec non cum dicat opera eius nihil ſibi prodeſſe ſine charitate: meritorie effatur ipſe.

Rom. 6.

Notula.

Vide Augustinum de prædestinatione sanctorum cap.16. de natura et gratia ca.32. insolutionibus. q. Hylarij q. prima: lib. primo ad simplicianũ q. 2. libro tertio Hypponosti. contra Manicheos. Et speculare contra Pelagianos sacros canones. 24. q. 3. cap. quidam autem heretici paraph. Pelagiani.

Ex Tertio Capitulo.

Contradictio Prima.

Causati enim sumus iudeos, & grecos omnes sub peccato esse.

Di.

Rom.3. Rom.3. Rom.5. Cap.7.

Causis & rationibus comprobasse ait. Paulus omnes & mares & femellas iudeos & gentiles propagatione naturali sub peccato esse, quod pressius depromens inquit, omnes peccauerunt & egent gloria Dei: & rursus: per unum hominem intrauit peccatum in mundum & per peccatum mors. In quo omnes peccauerunt: verum ecclesiasticus oppositũ sentire uidetur inquiens: solum modo hoc inueni ꝙ fecerit Deus hominẽ rectum: et ipse se infinitis miscuit questionibus. Homo itaq; non est sub peccato exiui naturæ sed propria voluntate.

Solutio.

Phy: lib. de cõr. & grã c.21 Enchy. c. 106. de ecclesiasticis dogmati. ca.46. ypon cõtra mãicheos.

Leuem hanc scripturæ cõtrouersiam Tollit Augustinus pluribus in locis: adstruẽs: Ecclesiasticum loqui de prothoplaustro nostro Adã. Ipse namq; rectus est plasmatus: i iustitia originali: nec mẽbrorũ legem quæ spiritus legi assidue aduersatur in nobis ipse sentiebat, quin volens stare & in peccatum nõ delabi stare quibat, Dei etiam preceptis obtẽperare poterat absq; nouo diuinæ gratiæ iuuamine. At cum ille in peccatum delapsus est: Iustitiam illam

originalem ex toto perdidit: ob id nēpæ omnes ab eo per seminariam propagationem descendentes in peccato nascimur: ut ipsemet Paulus aperiendo declarat, eramus & nos natura filij iræ. Eph.ca.2.

Di.

Nōnulli me Hercle ambigunt: quoniam scriptum est: filius nō portabit iniquitatem patris neq; pater iniquitatem filij: cum omnes nos filij Adæ simus: quo namq; iure iniquitatem eius portamus? Ezec.c.18

Perpēdas velim mi Didyme: q̄ hec duo ualdæ sese certant: portare iniquitatem parentis: et peccare in parentem. Paulus enim ait: omnes nos peccasse in parente Adam: Nec umq̄uā assereret nos iniquitatē Adæ portasse: nempæ dicit: vnusquisq; onus suum portabit: Dum enim Adam donum gratuitum originalis iustitiæ Deo largiente accepit: pro se et tota posteritate illud acceptauit. paripassu dū deliquit Iustitiam illam originalem ammisit: & nos Deo obnoxios: ut talis iustitiæ dona ostēdamus: ex pacto: effecit: peccatum igitur originale nostrū est: valet carentia iustitiæ originalis ex transgressione primorum parentum: & decreto diuino. Phy. Rom.ca.5 Gal.ca.6 Ansel. lib de conceptu uirginali.

Extāt ne aliqua scripturę dictata ex quibus apostolicam hanc veritatem seruare valeamus? Di

Extant equidē: genesis ait Moyses: masculus cuius caro preputij non fuerit circumcisa peribit anima eius de populo suo; quorsum.n. anima est circuncisio nisi ad tollendam noxam originalem? Iob itidem dicit, quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? quilibet ergo ex immundo concipitur semine: si per seminariam propagationē ad lucem prodeat sui ortus: his Dauid adstipulatur: cō questus ait: ecce.n. in iniquitatibus conceptus sum & in peccatis concepit me mater mea: quod totum Rabbi Scialomai: cuius nomen pacificus æque in Phy. cap.17. cap.14. ps.50.

terpretatur. Imber escit rabba: quæ est libri genese-
os comentatio magna explosit: sicuti luce lucētius
hebraicas literas callenti elucescit.

Notula.

Vide Augustinum: adstruentem libro: de fide ad pe
trū cap. 26. & libro Enchyr. ca. 25. firmissime tene
et nullatenus dubites: omnem hominem qui per cō
cubitum viri & mulieris concipitur: in peccato na
sci originali impietati subditum mortiq; subiectū:
legito Augustinum libro primo. Hypponosticon:
& quinto cōtra Manichæos et cęlestinianos Paulū
speculare: ad Galathas cap. 5. Si circuncidimini: ni
hil vobis prodest Christus.

Contradictio Secunda.

Ex operibus legis nō iustificabitur oīs caro.

Di. Rom. ca. 3 Opera legis neminem iustificare autumauit. Paulus dum dixit: ex operibus legis non iustificabitur om nis caro: verum enimuero circūcisio et sacrificia iu stificabant: fertur enim gen. ca. 17. Masculus cuius caro preputij non fuerit circuncisa peribit anima eius de populo suo: quod interpretari intendens: Augustinus inquit: ex quo instituta est circuncisio ad purgationem huius peccati ueteris: valebat ma- gnis & paruis: sicut baptismus valere cepit ex quo institutus est: pariformiter sacrificia ipsa gratiam conferebant ad delēda peccata: Nam leui ca. 4. pre cepit Deus per Mosen: quod si princeps ciuitatis p ignorantiam peccaret offerat sacerdoti hyrcum: sa cerdote autem sacrificante & orante pro eo: omnis delet macula ab eius anima: Istuc ipsum si quispiā de populo peccatum patrasset efficiēdum iubet; ob

lib. 2. de nup. et concup.

lata enim pro eo capra peccatum eius remittitur:
quam quidem legem: declarãs diuus Gregorius ait:
Quod apud nos valet aqua baptismi: hoc egit 4. lib. mor.
apud veteres: uel pro paruulis sola fides: uel pro ma
ioribus uirtus sacrificij: ergo Paulus legem destruit
per fidem: cuius oppositum clamitat, dicens: legem
ergo destruimus per fidem? absit: sed legem sta- Rom. ca. 3.
tuimus.

Solutio.

Belle. Dubitas bone Didyme: nihilominus quan- Phy.
tum ex Augustino dicendum colligi sacrificia legis de spiritu
bifariam intelligere quimus: ut: sacrificia sunt seclu et litera. ca. 8.
sa fide: & hoc pacto non purgabant animã a pecca lib. exposi
tis per gratiam iustificantẽ: sed expurgabant carnẽ tionis quo
ex quadam irregularitate: quã ipsa contrahebat ex rundã per
contactu morticinij. Et ab alijs illicitis in lege: hoc positinum Pauli.
notauit Apostolus ad hebreos: dicens. Si enim san-
guis hyrcorum: et taurorũ: et cinis vitulæ aspersus. Cap. 9.
coinquinatos sanctificat ad emundationem carnis:
quanto magis sanguis Christi emundabit conscien
tias nostras ab operibus mortuis ad seruiendũ Deo
uiuenti? Alio namq; modo nos sacrificia rimari sole
mus: Vt operata sunt ĩ fide: Messie uẽturi a patribus
nostris: et sic concomitante fide ipsa iustificabant:
paripassu de circuncisione sentiẽdum esse dicimus:
quoties itaq; paulus dicit opera legis nõ iustificare:
intelligit in tempore legis Euangelicæ: sine fide etiã
non iustificabant sub lege.

Quid ad Paulũ respondere poterimus? qui ad Ro. Di.
de Abraham loquens ait: et signum accepit circũci Cap. 4.
sionis signaculum iustitiæ fidei: quę est in preputio.
Hoc est Abraham prius iustificatus est per fidẽ, &
postea circuncisus est. fuit enim iustificatus. gen. 15.
vt patet credidit Abrahã Deo et reputatum est il- Gen. 15.

li ad iustitiam: circũcisus autem gene. ca 17. quãdo circuncisit seipsum & Ismaelem filiũ cultro petrino: & tunc Abrahę circuncisio fuit signũ iustificationis: non q̃ ipsa iustificasset.

Phy. Vna yrundo nõ facit Ver: Nec vnus dies reddit hominem fortunatũ: Verum esse fateor mi Didyme: vt Abraham iustificatus sit in preputio: hoc est anteq̃ fuerit circũcisus: In ceteris uero lex preualebat vniuersalis: vt nullus masculini sexus iustificaretur absq̃ circuncisione: ait nempe Paulus: circuncisio

Rom. ca. 2. quidem prodest si legem obserues. Iudeos quidẽ alloquitur pro tempore legis.

(Notula.)

Vide Augustinum libro de spiritu & litera ca. 8. & libro. 2. de nuptijs et concupiscentijs et libro expositionis quarundam propositionum Pauli.

Contradictio Tertia.

Arbitramur hominem iustificari per fidem: sine operibus legis.

Di.

Rom. 3. Hem pater Philothee quo me uertã nescio: Iurgia ex vno eodemq̃ spiritu exoriri cerno. Paulus enim clamitat. Arbitramur hominem iustificari per fidẽ sine operibus legis: At Iacobus ex aduerso resonãti

Cap. 6. tuba christicolas expergefaciẽs ait. videtis quoniã ex operibus iustificatur homo & nõ ex fide tantũ.

Solutio.

Phy. Ad risũ me rapiũt tue dubitatiũcule suę suauissime Didyme: Ingenio tamen polles & doctrina nõ vulgari explendescis: nulla quidem in apostolorum dictis latet cõtrouersia: Paulus enim loquitur de operibus precedentibus fidẽ: et Iacobus de operibus se

quentibus. Idcirco uno eodemq; spiritu ambo vera dæprompsere.

Tuam dilucidationem non capio: edissere si libet. Dl. Phy.

Augustinus nempæ inquit: ea fide hominem iustificari que per dilectionem operatur seu operari parata est: Eo q opera facta ante fidẽ inania sunt: & si fides nõ producat fructus bonorum operum: fides sit mortua uel parata sit pducere: Exempli cã. Ethnicus quispiã venit ad baptisma hodie & tali lauacro expurgatus recipit fidem: Antea enim nonnulla effecerat opa que apud homines bona nũcupari solent: Illa æquidem eum non Iustificarũt quia nullius fuerunt valoris apud deũ: ait: Paulus Sine fide impossibile, est placere Deo: At fides quam recepit ipse in baptismate debet producere opa bona sicut arbor bona bonos fructus germinare solet ũde Tali pacto qđ si opa bona fides illa nõ pariat, nõ est uẽ dicatur fides iustificãs: ob id paulus dicit, homines iustificari sine opibus per solam fidẽ quia opa que aliquis effecit ante fidem nihil valent: Iacobus aũt nostris auribus intonat opera iustificare hominem tanquã fructus fidei. quoniam si fides quam homo recipit non producat fructus bonorum operum: fides nuncupatur e mortua:

De fide & operibus, ca. 14. ad sixtũ epi. 155. in ps. 31.

Heb. 11.

Matth. 7.

Notula.

Vide augustinũ: de fide et operibus ca. 14. ad sixtũ Romanum epist. 155 in prologo ps. 31. in libro sermonum, 61. & psalmo. 67.

Ex quarto capitulo.
Contradictio prima.

Si.n. Abrahã ex operibus legis iustificatus est: habet gloriam: sed non apud Deum.

Di. Abraham sola fide iustificatum ideſt iuſtũ reputa
Rom.ca.4 tum apud Deum: abſq; operibus ponit Paulus cũ
dicit, ſi enim Abrahã ex operibus legis iuſtificatus
Cap.22 eſt habet gloriam ſed nõ apud Deum, At Iacobus
oppoſitum pſeferens inquit Abrahã pater noſter nõ
ne ex operibus iuſtificatus eſt? Ac ſi dicat, immo
ex operibus. Solutio.

Phy. Paulus & Iacobus licet diuerſa proferãt dictata, pari tñ currũt curſu, Paulus fidei robur nobis pate facer intẽdẽs ait tãti eſt fides, qđ ea iuſtificatus eſt Abrahã nullis pcedẽtibus operibus, Iacobus autẽ tanti eſt fides qua iuſtificatur homo qđ facit ipſũ p dilectionẽ operari, itaq; ſi nõ operetur, non mereat fidei iuſtificantis nomẽ ſortiri, Paulus itaq; intelli
Cap.2. git Abraham iuſtificatum fuiſſe per fidẽ ſine ope ribus precedentibus: Iacobus autem Abrahã iuſti ficatum adſtruit per opera ſequentia fidẽ: qđ qdẽ
De fide & opibus. cap.14. firmauit Paulus ipſe: ad Romanos, dicens, nõ enim auditores legis iuſti ſunt apud Deũ ſed factores legis iuſtificabunt? Nã ut Aguſtinus aperit fides qua homo iuſtificatur, vl' actu per dilectionẽ operat: vel ſaltem parata eſt ſemper operari.

Notula.

Legito Auguſtinũ de fide & operibus ca.14. et pſ 31. ex prologo et ſpeculare Iacobi cap. ſecũdum nã nos talem in peccatoris iuſtificatione ſtatuimus or
Rom.5. dinẽ. Quoniã Chriſtus mortuus eſt, p nobis, meri
Ephe.5. to paſſionis eius ſtante. Dum puer ducit ad baptiſ
1. ad thimo. cap.2 ma recipit grãm et fidem: hoc notat Paulus ad He
ad tit.ca.2 breos ca.6. fides illa facit eũ opari opa Deo grata
ad philip. cap.2. Iacobi ca.2. videtis qm̃ fides coopabatur operibus
1. petri.1. illius, cũ autẽ pcãta mortalia ille patrauerit, ãmilit gratiã, et fide eius infirmata eſt. ait Aug. de verbis Apoſto. ſer.13, et 16. volens autem ille perditam re

parare grām: conari debet vt fides illa sic debilis et infirma fructus pariat bonorum operum. que lex ipsa seruanda precipit, et illis fructibus disponitur ad gratiam illam quam prius peccādo ammiserat recuperandam: Iacobi ca.2. vides quoniam ex operibus fides consumata est. Hic pēdet hec veritas ꝙ semper nostra iustificatio sit ex fide sequētibus opibus ex basi passionis Iesu Christi.

Contradictio secunda.

Vbi enim non est lex, nec preuaricatio: Di. Roma.4.
Ait Paulus: ꝙ si lex non esset nulla esset hominis Roma.5.
preuaricatio nihilo sectius ipse idem dicit per vnū Gen.3 1.ca.15
hominem intrauit peccatum in mundum, & per peccatum mors, quod quidē firmat ad corinthios dicens. stimulus autem mortis peccatum est: quādo autem Adam preuaricatus est peccādo lex quidē nō erat: cuius rei seriē deprōpsit Dauid īquiēs; ps.118.
preuaricantes reputaui omnes peccatores terre.

Solutio.

Hāc utiq; controuersiam tollit Aug. qui triplicem Phy.
legem adamussim declarat; nature quā Mattheus ps.89.
euangelista describit: quecunq; vultis faciāt vobis cap.7.
homines & vos facite illis. atq; quod tibi non vis fieri alteri ne feceris et hec in cuiusq; hominis ratione naturaliter est conscripta. Estq; lex Moysis, cui euāgelica inseritur norma, velut oliua oleastro. et nouum veteri testamento, et has tres leges Pau- Rom.11.
lus ipse vno constringit dictato cū dicit, vbi enim Gal.ca.4
non est lex nec preuaricatio Ante enim legē Moysis fuit lex illa nature quam peccando prothoplaustus noster preuaricatus est. Naturalis enim lex ei indicabat Deo precipienti obediendum, Vbi itaq; Li.83.q.q. 66.
nulla lex ibi nulla esse, quibit hominis p̄uaricatio.

Vel dicam cū augustino, vbi non est lex scripta

nulla est preuaricatio: sed bene aliquod esse potest
Rom.ca.5 peccatum Ait enim Paulus, vsq; ad legem enim peccatum erat immundo.

Notula.

Legito Augusti.ps.57.et ps.89. & rimare decreta distin. prima ca.humanũ. vide Augustinũ: de gratia & libero Arbitrio ad valẽtinum ca.10.& libro 83.q.q.66.

Ex quinto capitulo.

Contradictio prima.

Di. **Peccatum nõ imputabatur cũ lex non esset.**

Roma.5 Quis enim (nisi decipiat) negare audeat Paulum Moysi contradicere, dum dicit peccatum non imputatum ante legem? Nempe inobedientia Ade.
Gen.cap.3 non fuit inulta qđ ipse fatetur: dicens. per inobe-
Ro.cap.5 dientiam vnius peccatoris constituti sunt multi:
Gen.4 Homicidiũ chaym pena vindicatũ est: norme scelus sodomæ imputatum & acre punitum legimus turpis etiã mollicies Her & onã filiorum patriar-
Gen.ca.19 che inde pena morti multata est. verum lex Moy-
Gen.38. sis tunc lata non erat.

Solutio.

Phy.
Lib.qõnũ Peccatum imputari altero duorum modorum nos
vet.& no- asserimus & a Deo & ab hominibus. tunc quidẽ a
ui test.q.4 Deo imputatẽ cum peccator iuxta mẽsuram delicti debitas luit penas: tunc vero ab hominibus quando ab eis dignum supplicio iudicatẽ: Aug. nempe de imputatione ab hominibns huiusmodi dictatũ pauli ĩterpretatur: ac si dicat Apostolus ãte quã lex esset peccatores nõ cognosceb ãt peccata esse digna tanta pena: lex autẽ penam & mensuram eius aperiendo taxauit.

Di. Sed Augustinus dicit quod nõnulli iusti sola lege nature illustrati añ legem Moysis scientes Deũ

vindicem timebant peccare, ergo antequã lex esset multi cognoscebant peccata esse digna pena et a Deo sepius peccatores flagellis contundi quibus facile exẽplo esse poterat vniuersale diluuium.

Vera sunt que narras solertissime Didy: verũ Gen.c.7 enimuero adeo ex longo temporum decursu delictorum ingluuies in peccantibus legis nature lumẽ Phy. obtexerat: quod impune penitus se peccare arbitrabantur: quam obrem legem eis prebere opus fuit vt eius lumine peccata cernẽtes, ea condigna pena multanda scirent quod quidem Dauid deprompsit ps. 118 dicens mandatis tuis intellexi propterea odiui omnẽ uiã iniquitatis: cui adstipulatus Paulus inquit, Rom. 3 per legem enim cognitio peccati:

Notula.

vide Augustinũ: lib. questionum veteris & noui testamenti asserẽtẽ. dãda ergo lex erat vt ea que sciebantur authoritatẽ haberẽt: Et que latere ceperant manifestarẽtur: Nan inuenimus ante Moysen non solum nõ latuisse sed etiã vindicata esse peccata.

Contradictio secunda

Lex autem subintrauit vt abundaret delictum vt Di. augeretur peccatũ legem latam fuisse hominibus Rom. 5 ait Paulus: Deus itaq; author mali & cã peccandi iure cẽsendus foret: cuius oppositum clamitat Iacobus inquiens: Deus enim intentator malorum est, vnus quisq; enim teneatur a cõcupiscẽtia Cap. 1 sua abstractus & illectus quod enucleare intendẽs Augustinus: dicit Deus nõ est autor mali, sed quod Li 83. q. q. 21. cunq; bonum in nobis operatur:

Solutio

Dubium hoc tuũ eneruat Augustinus. qui textum Phy. Pauli sic interpretaẽ. Lex autẽ subintrauit vt abũ- Epi. 157 adoptatũs daret delictũ, hoc est, vt superbus peccator preua-

ricando legem cognoſcat delictum ſuum: & humilitatus amore et terrore a Deo auxiliũ petat nõ itaq dedit legẽ Deus vt homo magis peccaret ſed vt abundaret in cognitione eius delictum, ex preuaricatione legis cernẽs ſe peccare, & clementie fontẽ
ps.36. audiens cum Dauid dicat adiutor meus eſto ne derelinquas me habes ne?
Di. Habeo hercle. nihilominus Paulus ipſe ad cor.
1.ca.15: blandis vocibus inſonat legem fore peccati robur et virtutẽ adauctiuam delicti inquiens Virtus vero peccati lex.
Phy: Hui riddiculum: cum Aug. Iudas bone didime: qui
lib.83.q: ſepius dicit legem adaugere peccatũ occaſionaliter
q.66. nõ cauſal'r, dum enim currenti flumini ingens opponitur moles tumeſcit aqua paripaſſu quidẽ dũ humano arbitrio ſuapte natura ad malum currenti ſine fide lex ipſa ſeruanda ꝑponitur ex priuatione
Rom.10. augeſcit cõcupiſcẽtia & grauius labaſcit peccator ſed nõ eſt ille finis legis. Nam finis legis Chriſtus.
cap.7 Hoc nempe depromſit apoſtolus ad Romanos dicens, occaſione autẽ accepta peccatum per mandatum operatũ eſt in me omnem concupiſcentiam.

Notula.

Legito Auguſtinũ libro de vera innocentia ca.43 ſuper Ioannem tractatu tertio de ciuitate dei lib. 13.ca.5.& libro.83.queſtionum queſtione.66.ſimul atq; in libro queſtionum veteris & noui teſtamenti queſtione quarta.

Contradictio tertia.

Vbi abundauit delictum ſuperabundauit & gratia.

Di: Conqueritur Paulus quoſdã pſeudo apoſtolos veris apoſtolis impingere. quod ipſe multa efficienda

scelera suadeant vt inde veniãt bona dicens:dicũt Rom.3.
quidam nos dicere faciamus mala vt inde eueniant bona: quorum dãnatio iuxta est nihilo secius hoc ipsum quod blasfemiã reputat iamiã adstruere ostendit, dum dicit vbi abundauit delictũ super abũdauit & gratia. Ac si dicat quãto magis quispiã peccauerint tanto maiorem recipiet gratiam: quid sentis pater Philothee. Rom.5.

Solutio.

Non inficiare mi didyme verbis Pauli quod tu arbitraris distat a scopo paradigma nempe scribit apostolus hoc est exemplum facti dicens. qui erãt sub lege absq; fide abũdantius peccabant & eorũ delicta ex legis transgressione assidue increbrescebant quod ipsi cernentes humiliati sunt confugiẽtes ad dei misericordissimam pietatem, & in his inquit Augu. quanto abundauit delictum tanto superabũdauit & gratia. Ob id nõ sequitur qđ nos liberius vitiis vacare debemus vt maiorem recipiamus gratiam, qui potius sicuti illi elongantes se a gratia ex peccatorũ ingluuie postea humiliati vberiora receperũt charismatũ dona, et nos assidue curramus ad Christũ ab eo speciale petentes auxilium. Phy. Ex.3.

Notula.

Vide Augustinum libro de fide et operibus capi. 14 dicentem, quia legẽ accipientes hoĩes diuinum adiutorium spernebant suis viribus superbissime confidentes grauioribus delictis lege preuaricata onerati sunt. At sic magno reatu compelentes cõfugierunt ad fidem celeriter diuinum implorantes auxilium, scrutare scripturas. Nam dauid hoc expressit dicens Multiplicate sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt. legito Paulum ad rõ. clamãtẽ in principio qđ ergo dicemus? manebimus De fide & operibus cap.14 Ps.15 ad Ro.6.

in peccato vt gratia abundet Absit.

Contradictio quarta

Sciētes autem quod tribulatio patientiam operatur,patientia autem probationem,probatio vero spem.

Di. Paulus hic docet patientiam generare purgationem (vt luce clarius intuemur) cuius oppositum
Ro.ca.5. ponit iacobus dicens probatio fidei vestre patien-
Cap.1. tiam operatur.

Solutio.

Phy. Nulla est in eorum verbis contradictio profecto. Nam equiuoce hoc nomine probationis Paulus & Iacobus vsi sunt Paulus enim per probationē intellexit purgationē ac si dixisset p patiētiā fidelē a peccatis expurgari qđ quidē nō ex animi sui sētē

Luce. 21. tia dūtaxat sed ore Christi deprompsit ait enim i patientia vestra possidebitis animas vestras. Iacobus autem per probationē fidei ipsius fidei exercitium et experientiā intellexit & est vt dicat, si vos in fide exercebimini eritis patientes in tribulationibus quoniam fides exercitata generat patientiam velut martires oēs ex fide vsq ad mortem in tri-

Ephe 6. bulationibus patientes fuere,quod etiā Paulus ipse concordi spiramine ponit inquiens, in omnibus summentes scutum fidei vt possitis substinere.

Notula.

Vide Augustinum libro de gratia & libero arbitrio ad valentinum ca.18. asserentem patientiam esse donum Dei quia fructus fidei ob id cecinit dauid ps. 61. veruntamen deo subiecta est anima mea quoniam ab ipso patientia mea.

Contradictio quinta.

Christus mortuus est pro impiis.

Paulus

Paulus dicit Christum pro impiis crucis mortem. Di: Ro.ca.5
subiisse,ac si impios dilexisset:ueruntamen Dauid ps.5.
cantat. Odisti omnes qui operantur iniquitatem.

Solutio.

Pro peccatoribus Christū mortis penā luisse: ne Phy) Ad titū.2
mo est qui ignoret:ait Paulus. Dedit semetipsū ꝑ 1.Timot.
nobis ut nos redimeret ab omni iniq̄tate:et rursus cap.1.
Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere: Quamobrem hominem cōsiderare quibis, bifariam: quātum scilicet ad naturam: quæ est dei imago: & sic omnes diligere Deum asserimus: & non magis eo modo diligit unum q̄ alterū ipse Deus. Nec nō equaliter diligit peccatores et innocentes. Alio modo quātum. Ad peccatum et scelus ab eo patratum: quoquidē pacto ne unq̄ peccatores amore prosequitur: sed graui odio Dū itaq̄ Paulus Christum pro impiis mortuū scribit: vt.s. impietatem destrueret, & nam quā Deus ipse ad sui imaginem creauit redimeret: cùm vero Dauid Deum odio prosequi peccatores clamitat: quantū ad peccata intelligit.

Notula.

Legito Augustinum libro Homeliarū super Ioannem homelia. 110. adducentem illud sapientię 11. Diligis Domine omnia que sunt: & nihil odisti eorum que fecisti.

Contradictio Sexta.

Vt quid.n.xp̄s pro impiis mortuus est. Di:
Modo ait modo negat: Paulus. Si rite verba eius Ro.ca.5:
metiemur pater Philotheę. adstruit hic nempæ 1.cap.1.
Christum mortuum esse impiis: nec non ad Timotheum: scribens inquit: Christus venit in hunc mū 1.Timothi
dum peccatores saluos facere: Nihilosectius alibi cap.1:

ait Christus dedit semetipsum in redemptionem pro omnibus.

Solutio.

Phy. Illud idem censebis mi Didyme Christum pro impijs, & pro omnibus mortuum fuisse: omnes quidē natura ipij sumus filij iræ mortiꝗ subiecti: clamat hercle apostolus, eramus & nos natura filij iræ: & Augustinus ei adstipulatus dixit firmissime tene et nullatenus dubites: omnem hominem, qui per concubitum viri et mulieris concipitur. In peccato nasci originali, impietati subditum, mortiꝗ subiectū.

Eph.ca.2 libro de fide ad Petrum.c.26 libro Enchy.ca.23

Di. Verum enimuero assiduæ in hoc ueritus sum sapiētissime Philotheæ: quoniam Paulus idē dicit. Christus semel oblatus est ad multorū exhaurienda peccata: quod notauerat. Matheus dicens ore Christi: hic est sanguis meus noui Testamenti: qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum: Igitur non est passus pro omnibus ipse Christus.

Heb,9. Cap.26.

Phy: Scias Didyme Christum pro omnibus fuisse mortuum, passio tamē eius nō fuit pro omnibus a Deo patre acceptata sed pro electis tātum: qui passionē illam ad peccata exhauriēda per fidem acceptarūt quamobrē hominibus & non Christo impietas est impingenda. Ipsa enim pro omnibus mortuus est: eius tamen mors non omnibus profuit, quoniam nō omnes eam per fidem acceptare voluere. Augustinus libro de natura & gratia: Deus deserit tantū dignos deserit; & p̄s. Deus trahit ad se inspirando eos qui inspirari volēt: Dum itaꝗ Paulus Christū pro omnibus mortis iaculis vulneratū scribit: hoc est: quia ad saluandos omnes expietate venit: cū vero non pro omnibus sed pro multis duntaxat Christum mortem delibasse asserit. Illud est propterea ꝙ non omnes Christi mortem acceptarunt Diuinę

Cap.23. p̄s.6.

acquiescentes inspirationi.

Notula.

Vide Augustinum p̄s.85.& p̄s.118.libro quarto de trinitate cap.1.libro 13.de trinitate ca.16. Notātem illud Pauli Rom.cap.8. Si Deus pro nobis quis cō tra nos: qui proprio filio suo non pepercit; sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Contradictio Septima.

Per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit & per peccatum mors, Ita & in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccauerunt.

Paulus cū sapiente ecclesiastico certare videtur ait enim ille a muliere initium factū est peccati: et per illam omnes morimur: At Paulus ab homine venisse ad nos peccatum adstruit: in eoq; omnes nos mori affirmat. Di: Eccl. 25. Rom. 5.

Solutio.

Non me latere putes bone Didyme: Euam prius deliquisse: inquit Moyses: tulit de fructu & comedit: deditq; viro suo: cui adstipulatus Paulus dicit Adā non est seductus: mulier autem seducta in preuaricatione fuit Eua nempe credidit serpentis dicta vera fore, Adam autem non: sed ne vxorem contristaret ipse comedit: ob id Paulus ipse mulierem subditam esse marito suo: eam nullatenus uiro dominari debere iure statuit: Ab Eua ergo initiū peccati: in ea q; oēs nos deliquimus: Et si Paulus dicit ab Adam hoc rationabiliter positum est. Inquit Augustinus propterea q uir & vxor vna effecti sunt caro; ait equidem: erunt duo in carne vna. Phyl Gen.ca.3. 1.Tim.c.2 1.Tim.c.2 Libro.2. hyp. cōtra pel. Gen.ca.2 Mat.c.19. Mar.ca.10 Eph.ca.5.

Notula.

Vide Auguſtinũ libro primo et ſecundo Hyppo. contra Pelagianos,& cæleſtinianos.

Contradictio Octaua.

Sicut per inobedientiam vnius hominis pec catores conſtituti ſunt multi.

Di. Ro.ca.5. 1.Timo.c. ultimo. Peccatum primi parentis inobedientiam fuiſſe hic adſtruit Paulus verum alibi cupiditatem peccatũ illud nominare videtur:cum dicit Radix omnium malorum eſt cupiditas:cui tamen opponitur Eccle ſiaſticus:inquiens:initium omnis peccati:ſuperbia Gen:ca,2. & 3. eſt. Non minus Moſes hanc ſubingreditur contro uerſiã:gulam enim fuiſſe aſſeuerat:ait namq; Deũ dixiſſe Adæ. De omni ligno paradiſi comedes de li gno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas: mu lier autem comedẽs dedit viro ſuo:& comedit:Igi tur comedentes gulę ardore ad baratrũ delapſi ſũt.

Solutio.

Phy. Lib. En chir.c.44 Si Auguſtino credimus peccatum Adę poteſt fun damentaliter cõſiderari. Radicaliter principiatiue, & finaliter:ſeu terminatiuæ,fundamentum namq; peccati eius,inobedientia fuit. Nempę omne pecca tum inobedientia eſt ut declarant nam peccatũ eſt Aug.etam broſius 12 lib.contra fauſtũ ma nicheum. lib. de pa radiſo. dictum aut factum aut concupitum contra legem Dei:ut ipſum diffinit Auguſtinus. Vel eſt tranſgreſ ſio legis,& cæleſtium inobedientia mandatorum: quemadmodum deſcripſit illud Ambroſius,radix vero auaritia quæ orta eſt in terra illa ſalſuginis in obedientiæ:principium vero fuit ſuperbia:quę ger minauit ex uenenoſa auaritiæ radicæ,terminus aũt fuit gula:hoc namq; pacto Adę crimen fuit funda tum in inobedientia:radicatum in auaritia:princi piatum & exercitum in ſuperbia:completum vero finaliter in gula:ob id dum quilibet ex Adam pro

pagatus seminarie nascitur: secum defert originalē maculam et membrorum tirannum seu legem(vt Ro.ca.7
Paulo placet (que est inclinatio ad omnes illecebras: quod peccatum per baptisma deletur cōpresso fomite :merito passionis Iesu Xpi qui est basis 1.Cor.c.3
& fundamentum omnis boni.

Notula.

Legito Augustinū libro primo super Genesim lib. 12. cōtra Faustū: libro primo et quinto hypponosti con contra Pelagianos & celestinianos.

Ex sexto Capitulo.

Contradictio Vnica.

Exibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes.

Paulus clamitat: vt quicūq; in Christo manere cupit exibeat se Deo: tanq; viuens ex mortuis morte peccati: vnde trahitur vulgata illa suasio. s. ꝑpa rate corda vestra domino: & tamen ipsemet Paulus ex aduerso dicit: nō q; idonei simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis sed sufficiētia nostra ex Deo est: si .n. Deus ipse nostra preparat corda: cur precipit Apostolus vt nos ea parare nitamur? Di Rom.ca.6 2.Cor.3

Solutio.

Ab Augustino equidem talem didicimus veritatem: q; Deus hominem adiuuat inspirando: in eius tamen potestate est auxiliū illud acceptare inspirationi acquiescendo: si enim homo diuinum acceptat auxilium, facile nempe exhibet se Deo ꝓpriā voluntatē disponendo: at si tale auxilium spernēs: diuine nolit acquiescere inspiratiōi: nullatenus eius cor parat: neq; se Deo exhibet: dū itaq; apostolus nos edocet: neminem fore idoneū aliquid boni cogitare: ne dum operari suapte natura sine Dei auxi Phy: De Eccl. dog.ca.21

lio: hoc est: quia labascit assidue peccator: si Deus ei suffragia neget: cũ vero nos pparare corda monet in causa est quoniã arbitrij nostri auxiliũ acceptandi: et diuine acquiescendi illuminationi facultate potimur: ac si apte dicat acceptate auxiliũ Dei et eius parete monitis: necnon diuine acquiescite inspirationi: quod prius explosit Dauid dicens illu-
Ps:12 mina oculos meos ne vnq̃ obdormiam in morte.
Ps.33 Et alio loco. Accedite ad eum et illuminamini & facies vestre non confundẽtur cui adstipulatus Esai.
Cap:60 Blandis clamat vocibus: surge illuminare Ierusalem quia venit lumen tuum. Et in hac sapientie
Eph: ca.5 Armonia consentit eis Paulus dicens. Surge qui dormis & exurge a mortuis, et illuminabit te Xp̃s.
Ca:4 Simul atq̃ Iacobus. Appropĩquate Deo et appropinquabit vobis.

Di: Rem acu tetigisti Philothea. Verum mea augescit dubitatio. Ex incõcinna sacre scripture serie. Zac-
Cap.1 carias ore Dei dicit. Conuertimini ad me et ego cõuertar ad vos. At peccator clamitat ore Dauid Cõ-
Ps.6. uerte nos deus salutaris noster. Similiter Ioel per-
Cap.2. sonam dei gerens tuba insonat: conuertimini ad me in toto corde vestro. Et tamen voce Dauidis.
Ps.92. Iterum vociferat homo Deus virtutum conuerte nos: ostende faciem tuam & salui erimus.

Phy. Nulla te capiat admiratio bene didyme: en dixi iã
Libr.2 de baptismus paruulorũ cap.2. et cum Augustino rursus detego: solus Deus homini suffragatur: ne preceps ad malũ ruat: sed cõuertatur & viuat: ipse tamen diuinũ acceptãs auxiliũ seipsum disponit: si enim scripture Deum conuertere hominem asserunt: hoc est cause quoniã sine dei spetiali auxilio: quod gratiam preuenientẽ appellitant, quispiam conuerti nequit: cum vero peccatorẽ ad cõuersionẽ uocãt: ostẽdunt q̃ ipse seipsũ

diuino adepto auxilio conuertere poteſt.

Notula.

Vide Auguſtinū de eccleſiaſticis dogmatibus cap. 21. dicentem initium ſalutis noſtræ Deo miſerante habemus. Diuinæ autem acquieſcere inſpirationi noſtræ poteſtatis eſt: legito Auguſtinum libro 2. de baptiſmo paruulorum: ad Marcellinū ca. 2. qui ait Zach. c. 1.
cum nobis iubet Deus: dicēdo conuertimini ad me Ioe. ca. 2. ps. 76.
noſq; illi dicimus. Conuerte nos Deus ſalutaris nr̄ ps. 92.
quid aliud dicimus? niſi da quod iubes etc. meditare Dauidis uerſiculum ps. 6. Cōuertere Domine & eripe animam meam: quod intendens Auguſtinus. Enodare dicit. Conuertere Domine ideſt fac vt cō uertar: de verbis Apoſt. ſer. 15. ſine volūtate tua nō erit in te iuſtitia tua: rurſus qui fecit te ſine te nō iuſtificabit te ſine te.

Ex Septimo Capitulo.

Contradictio Prima.

Peccatum non cognoui niſi per legem.

Quid clamitat Paulus non nihil demiror: ait enim Di. Rom. 7
peccatum non cognoui niſi per legem: perſpicuum profecto extat de lege ſcripta ratiocinari: unde proſequens dictum ſuum inquit: concupiſcentiam ne Exo. c. 20
ſciebam niſi lex diceret non concupiſces: & tamen Rom. ca. 5
ante lege Moyſis peccatū innotuiſſe reſtatr̄ Paulus dicens: vſq; ad legem enim peccatum fuit in mūdo
Chaym enim ſuum agnouit peccatum. Dum dixit Gen: ca: 4
maior eſt iniqtas mea: q̄ vt veniā mereat: Lamech etiam homicidium viri & adoleſcentis fore peccatum non ignorauit: ſed dixit: audire vocem meam vxores lamehc: auſcultate ſermonem meum pro eo q; occidi virum in vulnus meum: & adoleſcentulū in liuorem meum: ſeptuplū vltio dabitur de Cha-

Ge.ca.19. ym:de Lamech vero ſeptuagiesſepties: Et peccato
diluuio. Abra. & Loth peccata ſodomorũ nouerũt
Ge.ca.39 Ioſeph ad huc pulcher facie & aſpectu decorus fu
Li.q. ue- rẽti mulier aſſentire peccatũ eſſe autumauit. ob q̃d
teris.et no ait qomodo poſſunt hoc malum facere: & peccare
ui teſt.q.4 in dominum meum? quamobrẽ adſtruit Auguſti
nus: ante legẽ Moyſis nõnullos patres nouiſſe pec
cata: et ſciẽtes Deum vindicẽ peccare extimuiſſe.

Solutio.

Phy: Quidam enim emergentem hanc dubitatiunculã
expauentes dixerunt: Paulum loquutũ fuiſſe in ꝑ
ſona propria: ac ſi ſolus ipſe per legẽ peccata nouiſ
ps.118 ſet: patres vero ante legem etiã illa norint. Sed nõ
mediocriter aberrarunt bone Didyme Dauid nã
ꝙ dicit: a mandatis tuis intellexi: propterea odiui
Rom:ca.3 omnẽ viam iniquitatis: & rurſus: lucerna pedibus
Ro.ca.7. meis verbum tuum: et lumẽ ſemitis meis. cuius uer
libro.93.q
queſt.66. bis innixus Paulus ait: per legẽ enim cognitio pec
cati. & alio loco ſine lege enim peccatum mortuũ
erat: hoc eſt ignotum: interprete Auguſtino. Ait n.
pctm̃ nõ imputabatur cũ lex non eſſet, ideſt ab ho
minibus enim non cognoſcebatur.

Di Quid ergo ad abolendam ſcripturæ controuerſiã
Phy:
libro.83 pater Phylotheæ Bifariam Auguſtinus hũc textũ
queſt: 66 cudere conſueuit: Ait enim peccatum non cognoui
niſi per legem ego peccator: eo ꝙ Paulus vicemge
rat omnium peccatorũ: nempe non nulli: quos ſcri
ptura iuſtos appellat: peccatũ ante legem nouerũt
& inde peccare expauerunt: peccatores vero calca
tius & liberius peccãtes peccata nõ cognoſcebãt.
I.cap: Ideo dicit Apoſtolus ad Timotheum lex enim iu
ca.3 ſto non eſt poſita, nec non ad Galathas propter trãſ
vbi ſupra: greſſionẽ poſita eſt lex: ut ſcilicet cognoſcentes
peccata ex lege a peccatis abſtinerent.

Seu cum eo dicas: peccatum non cognoui nisi per legem quia ante legem peccatum nõ imputabatur ab hominibus: vt tanta multãdum pena: licet quo quo modo scælus ipsi dinoscerent.

Notula.

Vide Augustinum libro questionũ veteris & noui testamenti questio. quarta libro 83. q. q. 66. de spiritu & litera. ad Marcellinum ca. 4.

Contradictio Secunda.

Non enim quod volo bonum hoc facio sed quod nolo malum hoc ago.

Di.

In cetu delinquentium seipsum adscribens Paulus ait. Non enim quod volo bonum hoc facio: sed qđ nolo malum hoc ago: ac si inuite ad peccata trahamur. vnde manicheorum Heresis exoritur: asserentium homines necessario peccare: et nullatenus peccata posse vitare. Verum ex opposito. Idẽ Paulus clamitat: nõ ergo regnet peccatũ in vestro mortali corpore. Igiť nulla necessitate ad vitia impellimur. Ro.ca. 7 Aug. ibi cõtra manicheos & de verbis Apostoli Ser. 102. Ro.ca. 6.

Phy.

En Paulum sibi contradictorium pater Phylotheæ Nodũ inscyrpo queritas Didyme. Age Didymus es ob id assiduæ dubitãdo: hylarior efficeris. ppendas queso: nos humanum arbitriũ sic liberum confiteri vt nec ad vitia nec ad virtutes vlla impellamur necessitate: mediũ enim inter Manicheorũ & Iouinianorũ damnabiles hereses, Eligẽtes: verũ ad bonum Diuino indigere auxilio arbtriũ dicimus. ad malum autem suapte natura nullo impellente: nec adiuante delabi. Quo igitur fit: ut dũ humana uoluntas: spiritus qui mens rationalis, nuncupať dictamina sequitur, bonum velit: & malum nolit. Dum vero, eadem uoluntas carnis legi consentit malum uelit: & bonum nolit. Huiusmodi hominis Augu. de verbis. Apostoli Ser. 192. Rom. ca. 7 Ephe. c. 4 Gal. ca. 5. Aug. 12. super gen. capitu. 3.

lib.de spũ internum bellum depromens Paulus ad Galat. ait
& aĩa c.10 caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem
cap.5. ca.7. aduersus carnem. Ad Romanos uero: sentio aliam
legem in membris meis repugnantem legi mentis
meæ & captiuãtem me in lege peccati: quod tamẽ
duellum prius Christus ipse expresserat dicẽs. Spi
Mat.26 ritus quidem promptus est, caro autẽ infirma. Ex
his collige uerborum Pauli sanũ intellectum. Ait
equidem: non enim quod volo bono hoc facio:
Sed quod nolo malum hoc ago: idest voluntate
mea sequente dictamina spiritus uellẽ bonum: &
carnis lege suadente: illud non facio. Voluntate ea
dem nollem malum, nihilo sectius suasu carnis ma
Rom.ca.7 lum operor: ob id concludit: igitur ego mẽte seruio
ac calcẽ legi Dei, carne autem legi peccati.

Notula.

Legito Augustinum: super Ioannem ca.8. libro de medicina penitentiæ capitulo primo lib. secundo de baptismo paruulorum capitu.2. libro de uerbis Apostolis: ser.192. Audi Paulũ ad Romanos. ca.7. Clamantem scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum.

Contradictio Tertia.

Velle adiacet mihi perficere autem, bonum non inuenio.

Di. Po.7.cap. Rhilip.c.2 Natura sibi adiacet velle, ait Paulus, nihilominus
ps.118. ex aduerso, ad Philippenses, nos instruit dicens.
ps.36. lib.de gr̃a Deus est qui dat unicuiq; uelle & pficere, p bona
& lib.arb. voluntate, consimiliter clamat Dauid. Concupiuit
ad valẽ.c.16. anima mea desiderare iustificationes tuas in omni
tempore. Qui tamen dixit a Domino. Gressus hominis dirigunt: & uiam eius uolet, unde Augusti nus a Domino preparatur voluntas hominis.

Huiuſmodi uerba Pauli hoc pacto interp̃tari affo- let Auguſtinus. velle adiacet mihi: uelle inq̃ indif- ferens ad bonũ uelle et: malum natura enim unuſ- quiſq; voluntatem ſortitur propriam: velle autem eſt volũtatis actus. Igitur unuſquiſq; a natura ade- ptus eſt proprium uelle: q̃ uero illud velle ſit bonũ hoc a Deo efficitur, qui adiuuando hominẽ inſpi rat ei fidem. Conatus nẽpe liberi arbitrij, et opera eius ante fidem a Deo, homini gratis inſpiratam, Inania ſunt, Vt ipſemet Auguſtinus aperiendo de- clarat, quãuis uideãtur hominibus laudabilia: quo quidem fit, ut omnes velle a natura obtineamus ne mo tamen bonum uelle eliciat ullum niſi a Deo in- uitatus inſpirante fidem.

Phy. li.1.retrac. ca.9.lib. ſoli.ca.24.

ps.31. de ſpũ. & litera ca 27.

Bellæ loquitur Auguſtinus. Tu autem Phylotheæ ex animi tui ſententia, quid ais Senſiſſe Dauid? dũ dixit, concupiuit anima mea deſiderare iuſtificatio nes tuas?

Di. ps.118.

Diſperiam mellite Didyme ſi verbum uix unũ in paradoxis Pauli depromere ex propria officina in Auguſtiniana minerua differendi normã mihi preſtaret: Eya ut ibi morem geram dico: q̃ bonum velle bifariam conijcimus, bonũ velle debiliter: & bonum velle efficaciter: bonum velle debiliter vni cuiq; noſtrũ preſtat natura adiuta fide debili et in- firma ex peccato. Ait enim Dauid concupiuit ani- ma mea deſiderare iuſtificationes tuas. Hoc velle inſufficiẽs omniũ eſt peccatorũ: dicentium equi- dem bene vellem q̃ Deus daret mihi gratiam faciẽ di bona: et euitandi ſcelera. Bonum uelle efficaciter abſq; Dei grã nemo poſſidet. Inquit itaq;. Paulus natura ex fide infirma propter peccatũ preſtat mi- hi bonum velle debiliter ſed lege peccati preſſus

Phy.

ps.118.

Aug. lib. de naturae grã. ca. 51.

ſine Dei ſpeciali auxilio, nec bonum velle poſſum efficaciter, nec bonum, perficere Deo non adiuuãte valeamus.

Notula.

Vide Auguſtinũ libro primo retract. ca. 9. et libro ſoli loqui ca. 24. legito eundẽ in libello de continen tia ca. 13. dicentẽ ꝙ hec duo dicta Pauli videlicet Deus eſt qui dat vnicuiqꝫ uelle et perficere pro bo na voluntate: & quotquot ſpiritu Dei aguntur ii fi
Phi. ca. 2. lii Dei ſunt eodem intellectu debeant intelligi. Con
Ro. ca. 8. ſimiliter legito Auguſtinum de Eccleſi. dog. cap. 26 et de fide ad Petrum ca. 32. quomodo preparatur hu mana uoluntas a Domino.

Contradictio Quarta.

Video aliam legem in membris meis repu gnantem legi mentis meæ & captiuan tem me in lege peccati.

Dl. Quandam legem in membris ſuis carnalibus expe rimentaliter dignoſcere Paulus ipſe teſtatur: ac ſi aperte dicat inclinationem ad malum que ex pecca to originali in homine derelinquitur eſſe in carne.
Rom. 7. verum Iacobus oppoſitum ſentire videtur, dum di cit, unuſquiſqꝫ tentatur concupiſcentia ſua abſtra
Cap. 1. ctus & illectus: concupiſentia autem in anima eſt, & nullatenus in carne. Nam Dauid dicit, concupi
ps. 118. uit anima mea deſiderare, & rurſus concupiſcit &
ps. 38. deficit anima mea in atria Domini ergo concupi ſcentia in anima firmatur & non in carne.

Solutio.

Phy. Vbiqꝫ Paulus pronitatem illam ad malũ carni ad
Rom. 7. ſcribit. Ait nempe uideo aliam legem in membris
Rom. 8.
Gal. 5. meis, & alibi: ſcio ꝙ nõ habitat., in me (hoc eſt) in

carne mea bonum,& iterum caro concupiscit aduersus spiritum. Spiritus autem aduersus carnem.
Quamobrem scias uelim Didyme: concupiscētiā bifariam capi posse,& pro actu desiderandi,& sic in voluntate eam ponimus, Alio modo pro inclinatiōe ad malum,& illa est in carne & in voluntate,in carne quidem originaliter,in voluntate concomitanter. Ait nēpe Moses, sensus et cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adolescentia sua. En pronitatem ad malum in vtroq; constituit in sensu scilicet & in cogitatione. Gene. 8

Quo nam pacto anima que spiritualis est a carne materiali pronitatem istam ad malum trahere quibit? cum Augustinus asserat nullum corporale posse agere in spirituale? Di. Lib. 12. super Gen. 29.

Quoniā ex carne uitiata in lumbis Ade, & ex anima compaginatū homo. Idcirco caro ad malum ꝓpensa, eandem propēsionem sensitiuo appetitui ac voluntati porrigit,& vt ad exemplū magis te mouere valeam respice queso Dum ex aqua & farina conficitur panis, si aqua putresceret, & licet farina pura sit. Totus inficietur panis. Pariformiter dum ex carne concupiscibiliter seminata,& anima constituitur homo (licet anima nuda fuerit) totus homo ad malum suapte natura preceps delabitur. Phy.

Notula.

Legito Augustinū libro primo Hypponost. et lib. quarto contra Pelagianos & Celestinianos lib. de fide ad Petrum ca. 26. lib. Enchy. ca. 25.

Ex Octauo Capitulo.

Contradictio Prima.

Qui autem in carne sunt Deo placere non possunt.

Ait Paulus viuẽtes carnaliter & carnis ꝓpẽsioni
Di. ad multa facinora delapsos, nõ posse Deo placere.
Rom.ca.8 Cur ergo Christus peccatoribus imponit iugũ pe-
Matt.ca.3 nitentiæ dicens facite fructus dignos penitentiæ. Si
uacantes vitiis Deo placere nõ possunt, nec minus
Paulum in huiusmodi prorupisse verba demiror
videlicet sapientia carnis legi Dei non est subiecta
Matt.c.19 nec esse potest, si legi dei homo astutia carnis sedu
ctus obedire nequit, cur Christus rursus clamitat,
si vis ad vitam ingredi serua mandata.

Solutio.

Scias velim Didyme, nõ nulla scripture dictata eo
Phy: dem calle pertransiri, Illud Ioannis in primis mihi
Io.cap.3 se offert. Qui natus est ex Deo non pecat, quo ad
usqꝫ enim in tali perseuerat natiuitate nec peccare
Libro de potest. Ait Augustinus Nam hominẽ nasci ex deo
verbis. est ex ipso per caritatem renasci, que quidem Cha
domini ritas nõ pecat, Hoc sequitur dictum Pauli. Quot
ser.60. & quot spiritu Dei aguntur ii filii Dei sunt, quod qui
Epist. 95. dem sic interpretatus est Augustinus. Qui spiritu
ad Innoc. Dei excitantur. Dum aguntur tali spiritu filii Dei
cap.5. sunt, bene tamen proprio spiritu postea unusquisqꝫ
de ecc.dog excitari poterit ut sit filius hominis, paripassu cũ
ma ca: 26 Augustino dicimus qui autem in carne sunt Deo
& lib En: placere nõ possũt quo ad usqꝫ in carne sunt. Nãqꝫ
cap.13. in carne esse, est carnis legi obedire, & carnales esse
lib.de pec. illos asserimus qui carnis illecebris inuoluti carna-
meritis & liter viuunt.
remissi.
cap 2.

Di. Exemplũ prebeas pater philotheæ, vt humani ar-
bitrii libertatem calcatius tangam, & Dei clemen
tiam limpidius experiar.

Pyh: Seruus Domini quo ad vni Domino seruit alteri
seruire nequit. Et sic peccator dum peccato seruit
& legi carnis obedit, Deo seruire nequit, & spiritus

legi omnino obtemperare abnuit: verum ſicut ſeruus dimiſſo illo Dño ad alterum libere ſeducere valebit: Et ita peccator peccatorũ abiecta ſarcina ad legem ſpiritus totum ſe colligere quibit.

Notula.

Legito Auguſtinum: de verbis Domini ſerm. 60. Epiſtola. 95. ad inocentium. libro de eccleſiſtico dogm. cap. 26. libro Enchi. cap. 13. Et libro de peccatorum meritis & remiſſiõe, cap. 8. Meditare etiã dictum Pauli ad hanc faciens veritatẽ. ad Roma. cap. 8. vos enim in carne non eſtis ſed in ſpiritu ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis, per charitatẽ ſubaudias ſpiritũ Dei in homine habitare: legito etiã Aug. lib. 83. queſtio. queſtione. 66. & rimare dictum Chriſti in quo preſtitum lucet exemplum. Matth. cap. 6. nemo poteſt duobus dominis ſeruire igitur quã diu quiſpiam legi carnis legiq; peccati ſeruiet hic ſpiritus ac dei legi parere nullatenus poterit.

Contradictio ſecunda.

Quicunq; enim ſpiritu Dei aguntur. Hi filij Dei ſunt.

Eos Dei filios per adoptionem nominat Paulus quos ſpiritus ſanctus mouet vt ſint filii Dei. verũ Ioannes credentes in Chriſtum habere poteſtatẽ adſtruit vt ſeipſos libertate proprij arbitrij filios Dei efficiant. Dũ dicit, quot quot autẽ receperũt eum dedit eis poteſtatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Di. Ro. ca. 8. cap 1.

Solutio.

Si Auguſti. Credimus nulla in huiuſmodi verbis latet contradictio. Ioannes nempe intellexit quid omnes illi qui Chriſtum p̃ idem receperunt pote- Phy. lib. Enh. ca. 63 libi

de verbis Apostoli, ser. 13. ſtatem ſortiti ſunt a ſpiritu ſanto. vt fructificent & fiant filii Dei per electionem. Et ii fideles ſunt qui quidem fideles non nati ſunt ex ſanguinibus ideſt expectatis, aut ex voluntate carnis inclinãte ad malũ ut ſunt reprobi, ſed ex Deo nati ſũt per electionem. Et eſt vt dicat: fideles electi a deo recipientes fidẽ a ſpiritu ſancto ſimul poteſtatem acceperũt vt filii eſſent Dei. iſtuc ipſum Paulus aſſerere intendit dicens quicũq; enim ſpiritu Dei agũtur preſtante eis fidem hi filii Dei ſunt. Ad quod profecto tale apponimus exemplũ. ſi cuippiã quidẽ nobilis preſtaret mille aureos ut efficiatur inde diues. ille dedit ei poteſtatem ut fiat diues ille identidem: mouit eum, vt eſſet diues: nec non ſe ipſo poſtea negotiando, diuitiis ſuperabundat paripaſſu ſpiritus ſanctus fidem preſtitit electis, qui dei filii effecti ſunt credentes fide que per dilectionem operatur ipſeq; eos egit ſeu induxit ipſe itidem facultatem eiſdem pie tribuit.

Notula.

Vide Auguſtinũ lib. Enchi. cap. 63 libro de verbis Apoſtoli Ser. 13. Dicentẽ, agit ſpiritus ut agas non vt nihil agas.

Contradictio tertia.

Vanitati enim creatura ſubiecta eſt non volens.

Di. Romca. 8 Ro. ca. 6. Contra propriam voluntatem creaturam adeo ſubiecta eſſe uanitati ait Paulus ac ſi peccatum a ſe abicere non poſſit. nihilo ſectius alibi clamitat dicens. peccatum nõ regnet in ueſtro mortali corpore ſi enim Deus ſubiecit creaturam uanitati etiam quod ipſa ſubici nolit cur ergo ſuadet Apoſtolus abiciendam a nobis uanitatem.

Solutio.

Si Augustino credendum ducimus Apostolus ibi per vanitatem intelligit concupiscentiam ad malum. Et que quidem data est homini in penam peccati, & eandem concupiscentiam ipsemet Paulus nominat peccatum dum dicit peccatum nō regnet in uestro mortali corpore, nō uticꝫ precipit Paulus Ut concupiscentiā abijciamus, quia non supetunt vires, pæna nācꝫ noxe mortalis est in nobis: idcirco nos concomitatur vsqꝫ ad cineres. sed clamat cōcupiscentiæ non esse obediēdum ob id enim ait peccatum non regnet in vestro mortali corpore: nec vncꝫ dixisset peccatū non sit in vestro mortali corpore. Inquit enim Ioā. Si dixerimus quia peccatū non habemus ipsi nos seducimus & veritas in nobis non est quod interpretatus Augustinus, inquit, Quamꝗ in baptismate ab omnibus iustificemur peccatis remanet tamen lucta cum carne: de qua quidem Paulus ad Galatas. Caro concupiscit aduersus spiritum spiritus autem aduersus carnem Huiusmodi etiam ad male operandum naturæ uitiate inclinationem. Iacobus concupiscentiam uocat. Paulus autem legem peccati eandem nuncupare consueuit, de qua ecclesiasti. Verba faciens ait cuncta sub celo subiacent vanitati. Dum itaqꝫ Paulus creaturam adeo subiectam esse uanitati inuitam docet, nō loquitur de actuali peccato quid unusquisqꝫ voluntarie patrare solet quin potius de concupiscētia ad malum: quam creatura ex pæna peccati sortitur. Dum vero clamitat peccatum non regnet in vestro mortali corpore neminem concupiscentie. quæ est lex carnis parere debere iubet.

Phy.
De ciu. dei lib. 3. ca. 6.
In euang. Ioan. ca. 8.
I
Prima. ca. primo.
lib. de uerbis Apostolis. ser. 16.
Cap. 5.
Ca. primo
Cap. 3.

Notula.

Vide Augustinum libro. 14. de ciuitate dei cap. 6. super. Ioanem cap. 8. libro de verbis Apostoli ser-

mone.16.& ſcrutare querulas Pauli voces ad Ro: cap.7. dicentis ſentio aliam legẽ in membris meis repugnantem legi mentis meæ & captiuitatem me in lege peccati.

Contradictio tertia.

Scimus quoniam diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui ſecuudum propoſitum uocati ſunt ſancti.

Di. Quotiens hanc Apoſtoli ſententiam animo mente ve reuoluerim, toto corpore contremiſco Pater Philotheæ: Ait enim ijs qui ſecundum Diuine voluntatis propoſitum electi ſunt vt ſint ſancti habẽtes Dei charitatem, omnia cooperari in bonum: at ſi peccata eis nullatenus imputanda arbitretur ipſe Paulus, cuius oppoſitum edocet nos dum dicit. Vi

Rom.c.11. de bonitatem & ſeueritatem Dei, ſeueritatem in eos qui ceciderunt bonitatem in te ſi permanſeris in bonitate alioquin et tu excideris. Et iure quidem nos inſtruit Paulus peccata hominibus imputari a Deo nempe Iouiniana hereſis ſcelera non imputanda teſte Auguſtino: predicauit.

Libro cõtra Man. de verbis apoſt.ſer. 42.

Libro de cor.& gratia. Ca.7.& 9

Solutio.

Quãtum ex Auguſtino colligimus, nõ hac de cauſa predeſtinatis omnia cooperãtur in bonum quia peccata commiſſa eis non imputentur ad penam: ſed quoniam reuerſuri in fine ad Chriſtũ in feruore charitatis reſurgũt: Hoc nãq; pacto blaſphemia et perſequtio cooperata ſunt Paulo in bonum: vſura publicani ac ſtuprum phariſee ſororis lazari verſa ſunt in bonum: Ardentiori nempe charitate ex tanta ſcelerum ingluuie proſiliere.

Cap.lib.3. diſt.ca.16. primo.thi. ca.primo. acto ca.9. Matth. 9. Io.cap.11. Di Sup.epiſt. ad Rom.

Non me latet profecto peccata etiam electis ad penam imputari ſecundũ preſentẽ iuſtitiã vt ait Am-

brosius: verum enim vero terret me Augustini au-
thoritas, inquit enim, quos tibi elegisti effundens Sol.c.25.
super eos aquam nundam, quorum nomina nume- Eze.c.36
rumq; tu nosti, qui solus numeras multitudinem ps.40.
stellarum, nunquam perire possunt, quibus omnia
cooperātur in bonū: etiam ipsa peccata: cum enim
cadunt non colliduntur quia tu Domine supponis
manum tuam: Attamen mors peccatorum pessima
illorum inquam, quos antequam faceres celum ter ps.33.
ram, secundum abissum multam iudiciorum tuorū
occultorum, semper autem iustorum, presciuisti ad
mortē eternā. Quorū dinumeratio nominū et meri
torū prauorū apud te est quibus omnia coopant in
malū etiā ipsa oratio vertit i peccatū, vt si etiā ad
celū ascēderint, & caput eorū nubes tetigerit, & in
ter sydera celi collocauerint nidū suum, quasi ster-
quiliniū in fine perdētur: Heu flēdus casus hominis
Pater Phylotheæ. Igitur qui ab eterno electi sunt
ad vitam nullatenus perire queūt, qui vero ad mor
tem presciti, mortem euadere nunq; poterunt. Ad
quid ergo tanta legum maiestas? quorsum consilia
& prohibitiones cur bona operari quispiam enita
tur? Euge mi Didyme ne infitiaris queso. Alibi etiā
Augustinus huiusmodi agressus est palinodiam: Phy.
de fide ad Petrum sonantibus buccis clamitat. Fir-
missime tene & nullatenus dubites: omnes quos
vasa misericordie gratuita sua bonitate deus fecit
ante mundi constitutionem in adoptionem filiorū Cap.25.
Dei predestinatos esse, neq; perire posse aliquem
eorum quos Deus predestinauit ad regnum celorū
nec quemquam eorum quos non predestinauit ulla Tra&.45.
posse ratione saluari. Nihilominus nihil est in quo
dubites, ipsemet Augustinus super Ioannem dicit
secundum ergo istam predestinationem & prescie-

tiam ꝙ multæ oues foris, ꝙ multi lupi intus, hoc est, multi quos oues appellamus erunt foris nonnulli vero quos lupos censemus intus erunt, nec non

Cap. 50. de ecclesiasticis dogmatibus blasphemat. Augusti. omnes asserentes prædestinationem & præscientiã necessitatem imponere dicens, si qui sunt qui dicãt predestinationem & prescientiam necesitatem imponere cum omni detestatione eis anathema dicimus & rationem adferens ipse tertio libro de libero arbitrio contra Euodium: nec non libro quinto

Cap. 4. Cap. 10. Augu. lib. de prede. Dei ca. 1. et secũdo.

de ciuitate Dei adstruit Deum predestinare & prescire condictionaliter, hoc est cum possibilitate ad oppositum Elegit enim Petrum ab æterno ad vitam, cum hoc tamen vt libere si vellet damnari posset, consimiliter prescriuit Iudam ante mundi cõstitutionem damnandum: Cum hoc tamen vt felicem vitam ex gratia adipisci ualeret, quotiens itaꝙ Augustinus dogmatizando asserit predestinatum morti & prescitum vitæ adscribi non posse, intelligit nempe quoadusꝙ predestinatus manet in electione, & prescitus stat in prescientia reprobatus, non tamen negat Augu. ipse, quempiam depredestinato posse presciri, & de prescito predestinari absꝙ predestinationis & prescientiæ mutabilitate.

Di. Dŋ boni quid audio? Et si Augustinus veritatẽ nõ

Io. cap. 10. explosit: Christus hercle qui veritas est eam detexit. Ait enim oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me et ego vitã æternam do eis & non rapiet eas quisꝙ de manu mea pater meus quod dedit mihi maius est omnibus. Et nemo potest rapere de manu patris mei. Ecce oues suas Christus neminem rapere posse affirmat quid ais Phylothee?

Phy. Ioan. 5. Quid dices & tu Didyme? Cum Xp̃s clamantem

audies? si manseritis in me & verba mea in vobis
mãserint quodcũq; volueritis petetis et fiet vobis.
Et rursus: si precepta mea seruaueritis manebi-
tis in dilectione mea. Ergo qui manet in Christo
electus per fidem potest in ipso non manere: &
qui non manet in dilectione eius. Ex precepto-
rum obseruantia in fide reuertetur ad eam: quam-
obrem vt rei scopum ambo pari spiramine tanga-
mus. Dico ꝙ oues Xpi quoad in grege pastoris de
gunt lupus rapere nequibit: At si vada caule Euan
gelice exierint peribunt. Ait .n. Christus: oues suas
non posse dilaniari. Si in caula perseuerent: ob id
non dicit oues illas gregem exire non posse capis
ne mi Didyme.

Capio me Hercle: sed sacræ scripturæ loca abste li- Di.
benter discerem: quibus firmare valeamus predesti
natum damnari, & prescitum saluari posse.

Illud in primis annotabis, quod petit Moses a do- Phy.
mino dicens, aut dimitte eis hanc noxam aut dele Ex. 3.2
me de libro tuo quem scripsisti: liber enim ille est cap.
ordinatio ad vitam: vt Augustino placet scriptus
ergo in libro vitæ deleri potest quam vis nunꝙ̃
actualiter deleatur, nisi secundum presentem iusti-
tiam, nam predestinatus saluabitur infallibiliter li-
cet damnari possit: quoniã dãnatio ei nõ repugnat.

Perge queso Phylothee non mediocrem equidem Di.
ex scripturæ armonia sentio voluptatem.

Moysi consentit Dauid in peccatores inuehectus Phy.
dicit. Deleantur de libro uiuentium & cum iustis
non scribantur. Dauidi adstipulatur Euangeliũ ait ps. 68.
enim Lucas gaudete et exultate qm̃ nomina vestra
scripta sunt in cœlis. Veruntamen nonnulli ex eis
abierunt retrorsum nomina nãq; eorũ scripta erãt Cap. 10.
in libro vitę: secundum presentem iustitiam. Non

Sup epist. ad Rom. tamen finaliter: sicut Ambrosius aperiendo decla-rat. Et alio loco ait veritas nonne ego elegi uos duo

Ioan.c.6 decim & vnus ex vobis diabolus est? & hic Iudas erat. Euangelio adstipulatur Paulus, qui de semet-ipso paradigma ferens inquit. Castigo corpus meũ

prima co: Cap.9 & in seruitutem redigo. Ne forte cum alĳs predica uerim ipse reprobus efficiar: nonne ipse est Paulus.

Rom.ca.1 Qui clara voce canit? Paulus seruus Iesu xp̃i vo-

Ephe.ca.1 catus Apostolus: segregatus in Euangelium Dei, & alibi. Qui predestinauit nos in adoptionẽ filio-rum per Iesum Xp̃m in ipsum secundum proposi-tum uoluntatis sue Hiccine Paulus est. De quo Lu

Act.c.8 cas testatur Xp̃m dixisse, Ananie vade quoniã vas electionis est iste mihi. Cur ergo reprobari extimu it? nisi quia electo reprobatio non repugnat? istuc

Cap.11. ipsum asseuerat Apostolus ad Romanos inquiens. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt: tu autem cum Oleaster esses insertus es in bonam oliuam & sati-us pinguedinis & radicis oliue factus es: noli gloria ri aduersus ramos noli altum sapere sed time, uide bonitatẽ & seueritatem Dei, seueritatẽ in eos qui ceciderunt bonitatem in te si permanseris in boni-tate: alioquin & tu excideris. Et sequit̃, potens est autem Deus eos iterũ inserere. Ergo Oleaster po-test inseri in bonam oliuam, & ramus oliue potest excidi a stipite Xp̃o. Et ramus excisus iterum inse-ri ualebit quid clarius, quidue limpidius in hoc sa-pientie ludo afferre quispiam posset: potest itaq; electus reprobari, & reprobatus elegit nunq̃ tamẽ electus reprobabitur in effectu, neq; reprobatus fi-

Rom.11. naliter eligetur. Ait Paulus. Deus nunq̃ repulit

Cap.8. plebem suam quam presciuit: Adde Rom. Nihil ergo dãnationis est his qui sunt in Xp̃o Iesu si non secundum carnem ambulant ergo conditionaliter

electi sunt christicole Rursus si autem filii et here des,heredes quidem Dei coheredes autem Christi si tamen compatimur vt et simul glorificemur: in super secũda ad Timoth. In magna domo sunt vasa non solum aurea et argẽtea,sed et lignea et fictilia,& alia quidem:in honorem quedam uero in contumeliã,sequitur,si quis ergo emũdauerit se ab istis, erit uas in honorem sanctificatum et utile do mino Igitur uas incontumeliam potest effici vas in honorem. Rom.8. cap:2

Notula.

Vide Augustinum de verbis Apostoli.Serm.42. libro contra Manicheos libro de cor.et gratia.ca. 7.& 9.libro Soliloquiorũ Cap.28.libro de fide ad Petrum cap. 25. libro de Eccles. dogm.cap.50.Et legito eundem libro de predesti.Dei Cap.1.&.2. vbi duas assignat predestinationis speties:vnã necessitatis qua.s.predestinatus est sol reluceat in die, luna in nocte,et stelle splendescant ex firmamento. Que quidem non possunt non lucere.Aliam cõditionis qua homo predestinatus est: vt:si bona operetur vitam adipiscatur eternam.sinautem ad inferna demergatur.

Contradictio quarta.

Quos predestinauit hos & vocauit, quos vocauit hos & iustificauit quos iustificauit:hos & glorificauit.

Contra Euangelium arma parare Paulum,mihi videre videor.Statuens enim ipse schalam quatuor graduum qua homo ad celum scandit:ponit predestinationem:vocationem iustificationem,& glorificationem.Adstruẽs enim predestinatos(po

ſtea a Deo vocatos: uocati poſtea iuſtificātur: iuſti
Matth. 20. & 22. ficati glorificantur adepto ſalutis brauio. Verūtamen Euāgelium aſſerit multos a Deo vocatos: qui
non ſunt predeſtinati: quin potius preſciti ſeu reprobati: dicēs: Multi ſūt vocati pauci vero electi.

Solutio.

Phy. Ambo hec dictata veritatem ſapiunt mi Didyme.
de pdeſti. ſanctorum cap. 16. videlicet ſoli predeſtinati a Deo vocantur: et multi nō predeſtinati a Deo vocantur. Auguſtinus nēpe binam ponit dei vocationem: quedam vocatio eſt exterior qua deus vocat homines per predicatores. per conſilia amicorum: per ſacram ſcripturā infirmitates: paupertatem: proſperitatē: & aduerſitates, Et hec ad omnes protēditur. Alia vero eſt vocatio interior que inſpiratio nūcupatur: ſeu auxilium dei ſpetiale: quod quidē inſolutione contradictionis tertio ex primo Capitulo exploſum eſt: & talis vocatio ad electos duntaxat dirigitur. Cum itaq; Paulus Deum predeſtinatos vocare docet. de interna ipſe effatur vocatione. dū vero ex Euāgelio didicimus non predeſtinatos etiam vocari a deo: qui velut effrontes dei vocationem ſpernunt de externa vocatione diſſeritur.

Di. Cap. 1 Qua fronte Auguſtinus adſtruit: deum non vocare preſcitos interna vocatione? ſi interne uocare: ē. illuminare? Nempe Ioannes dicit. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientē in hūc mundum. Ergo deus ipſe omnes illuminat: qui illuminari cupiunt. Inſpirationibus non reſiſtētes

Phi. Scias uelim Didyme tantum electos Deum lumine fidei illuminare: At Euangeliſtæ dictatum hoc
Enchir. c. 102. pacto interpretari aſſolet. Auguſtinus Deus illuminat omnem hominem venientem in hunc mūdum, i. quotquot illuminātur ab eo illuminātur: ne

vtiq; enim ab alio quippiam illuminari quibit:ni si a Deo. Ibidem.

Quod si huiusmodi interpretatio tibi cordi non erit simul atq; Augustinus ipse aliam affert talem. Vera enim est sententia Euāgeliste: pro generibus singulorum non pro singulis generum:hoc est.De omni hominum generatione venientium in hunc mundum aliquem deus illuminat:non tamen oēs sigillatim.Quam quidem interpretationem duplici scriptura idem Augustinus roborare nititur: Euangelica.s.& apostolica. Ait enim Xp̄s. Vhe vobis Scribe & Pharisei qui decimatis mētā & rutham.& omne olus.i.omne genus oleris: nempe nec omne olus singnlariter ipsi decimabant. Et tali dicendi modo studet Paulus.dum clamitat deus vult oēs hoīes saluos fieri & ad agnitionem ueritatis puenire.Ac si aperte dicat:ex omni hominū generatione,Deus vult aliquos saluos fieri,per cognitionem veritatis que fides est. lib.Ench. cap.102. Luce cap. 11. Primo ad Thi.ca.2

Di. Si uera sunt que narras Philothee: equidem acceptatorem personarum passim Deum appellitabo: qui quosdam illuminat aliquos uero penitus illuminare renuit:Heu me miserū dispe.iam potius, q̄ Augustino credam.

Phy. Hui mellite didyme ad lucē crastinam ridere nō desinam.Arrige aures queso:his rabiusculis Augustinus.Ipse ad plenum satisfacit:dū garriens quispiam petit.quare Deus trahēdo hunc illuminat illum vero illuminare negat? ait ipse. Deus paratus est omnes illuminare.Et eodem lumine illuminasset Pharaonem;quo & Nabuhcdonosor Egypti regem illuminauit. Sed Pharao noluit illuminari quod cernens ipse Deus iuste dimittens eū in libertate arbitrij sui ab illuminatione abstinuit

Libro de pdesti. & gra.ca.15. Ob id canit Augustinus de duobus Egypti Regibus verba faciens, Hic enim manum Dei sentiens in recordatione proprie iniquitatis ingemuit. Alter vero contra Dei misericordissimam pietatē libero pugnauit arbitrio. Et generaliter differēs ipse idem Augustinus alibi dicit. In eo cuius miseretur eius gratiam agnoscite, in eo uero quem obdurari permittit: eius demerita credite. Et alio loco: Deus deserit tantum dignos deseri:

Libro de gra & lib. arbi. ad ualen. ca. 23.

Libro de natura & gra. ca. 23.

Di

Reor enim Augustinum Ex animi sui sententia huiusmodi protulisse dictata. Nam ex vena sapiētie: que ex sacris emanat scripturis: nullatenus eā haurire valemus.

Phy. Cap. 14. Quid ni? Audi Iob buccinantem: ipsi fuerunt rebelles lumini nescierunt vias eius: cui adstipulatur Dauid personā Dei agens. p̄s. Ei dimisi eos secūdū desideria cordium eorum. Ibunt in adinuentionibus suis Sapiētię dicit excecauit eos malitia eorū his attestatur Ioannes dicens ex parte. Dei. Sto ad hostiū & pulso si quis aperuerit intrabo et cenabo cum illo. Quibus omnibus concors Apostolus ait. Eo q̄ charitatem veritatis non receperunt. Ideo mittet illis Deus operationē erroris: vt credant mēdacio. Et ad Romanos edisserens. Deum tradidisse infideles in reprobum sensum: protinus assignat causam: dicens propterea tradidit illos Deus in passiones ignominie. Ex hoc itaq; Dauid. Ipse hortatur nos ad luminis diuini acceptionē p̄s. Accedite ad eum & illuminamini. Cui consentit Paulus clamitans. Surge qui dormis. & exurge amortuis & illuminabit te Christus.

Cap. 80. cap. 1. Apocalips. ca. 2. 2 ad Thesalo. cap. 2 Cap. 1. 33 Ephe c. 5.

Notula.

Vide Augustinum libro de prędesti. sāctorum cap. 16. libro Enchy. cap. 102. libro de predesti. et gratia

cap. 15. libro de gratia & libe. Arbi. ad Valentinū ca. 23. libro de natura & gratia cap. 23.

Contradictio quinta.

Si deus pro nobis quis contra nos? qui proprio filio non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum:

Christum pro nobis mortis penam luisse fide capescimus. Et hanc veritatem in Euangelio quicūq; metitur. Verum prespicua mihi se offert contradictio. Nec ex scripturis sacris quispiam vnq; perpēdet: si pro omnibus vel pro electis dūtaxat Xp̄us ipse mortis penam subierit. Paulus enim dicit. Pro nobis omnibus tradidit illum. Alibi ait pro impijs mortuus est. Et alio loco. Dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. Nihilominus Mattheus & Marcus sacramentum corporis & sanguinis a Christo institutū in vltima cena nos instruētes dicunt eum discipulis hec deprompsisse verba. Dum Calicem eis porigeret. Hic est sanguis meus noui testamenti. qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Pro multis igitur & non pro omnibus ecclesia ipsa Christum fuisse sanguinem proclamauit: dicens. Hic est enim Calix sanguinis mei noui et eterni testamenti: qui pro uobis & pro multis effundet̄ ī remissionē peccatorū.

Di. Mat. c. 27 Mar. c. 14 Luc. 23. Ioan. c. 19. Rom ca. 8 Rom. ca. 5 1. Thi. c. 2 Cap. 26 Cap. 14

Extra de celebr. missarū ca. cū Marte.

Solutio.

Hec duo nēpe sese nō certāt mi Didyme: videlicet Christum pro omnibus & Christum ꝑ electis tm̄ crucis mortem pertulisse, pro omnibus enim mortuus est sufficienter, pro electis tantum efficaciter. Hinc Augustinus voluptuose dubium excitat dicēs. Si xp̄s mortuus est pro electis & reprobis equa

Phy.

Libro; 2 De Ciuitate Dei.

liter: quid amplius ergo ipsis electis contulit, quod reprobis non prestiterit? Et respondens ait: pro vtrisq; mortuus est. Sed predestinatis seu electis dedit. Vt suam acceptarent mortem illuminando eos lumine fidei quod prescitis non prestitit: quia eos nullatenus illuminauit. Quotiens itaq; Paulus clamitat. Christū pro omnibus crucis tropheū detulisse intelligit sufficienter: sufficisset nāq; eius mors etiam pro omnibus. Dum uero pro electis duntaxat eum mortuum audies? efficaciter dices: quia electis solum eius profuit necis pena.

Di. Luc.ca.16

Sancta sanctio pater Phylotheæ. Attamen Euangelicum illud mihi aperias queso: non sum missus nisi ad oues que perierant domus Israel.

Phy. Ioā.ca.10.

Non inania profers Didyme. At qui audi Christū dicentem. Alias oues habeo que nō sunt ex hoc ouili & illas oportet me aducere qui prius dixerat nō venisse nisi ad oues Israel. Iam iam dicit se aducturum alias oues ad caulam. Ob id Augustinus: inquit. Christum missum ad saluandos Iudeos & gentes Iudeos principaliter: quia eis promissio facta fuerat: quod deprōsit Paulus ad Romanos. Inquiens virtus enim Dei in salutem omni credēti Iudeo primum & Greco. i. Gentili. Et rursus: gloria autē honor & pax omni operanti bonum: Iudeo primum & greco. Et alio loco. Dico autem Christum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem Dei ad euacuādas promissiones patrum. Fuit enim ad Iudeos saluandos destinatus quibus iam spoponderat Deus saluatorem. Missus etiam gentibus quibus non fuerat promissio facta vt de gentium semine oriretur Messias: sed bene a prophetis cōclamatum. Quod declarans Paulus prosequitur. Gentes autem super misericordia hono-

Super Ioā.ca.10. trac.28
Gen.22
ps.131.
Luc.ca.1.
Cap.1.
Cap.2.
Rom.15.
Ro.ca.15.

rare Deum, sicut scriptũ est. Propterea confitebor ps.17.
tibi in gẽtibus domine. Et iterum. Laudate omnes ps.116.
gentes dominũ & magnificate eum omnes popu- Cap.11.
li. Et rursus. Esaias ait. Erit radix Iesse & qui exur
get regere gentes: in eo gentes sperabunt.

Vereor ne me garrire putes phylothee: sed age bo- Di.
ne pater: dubitaciuncule que nuper mihi in mentẽ
venit satisfacias precor. Dum Xp̃s in cruce ꝓ ini- Luce.23.
micis partem exorauit inquiens, pater ignosce illis
quia nesciunt quid faciunt: orauit ne pro omnibus
aut pro electis tãtum: Si pro omnibus dices, statim Ioan.11.
assurgit Euãgelium. Pater gratias ago tibi quoniã
audisti me, ego aũt sciebam quia semper me audis.
Oratio igitur xp̃i semꝑ fuit exaudita. Si tunc oras
set pro omnibus omnes saluati fuissent: si autẽ non
orasset pro omnibus. Ergo Xp̃s ipse noluit omnes 1 Thimo.
saluari. Cuius oppositum sentit Paulus dicens. cap.
Deus vult omnes homines saluos fieri.

Belle dubitas quidem: sed eodem te absoluam di
ctato. Christus enim orauit pro omnibus sufficien Phy.
ter pro electis tm̃ efficaciter. Nam orauit pro ele-
ctis quos lumine fidei illuminauit vt orãtẽ noscе-
rent & cũ eo morerentur peccato viuẽtes vita gra
tie. Orauit pro omnibus nec tamen omnes illu-
minauit quia obstinati illuminari nolebant. Nec
profecto decebat eos inspirare quos inspirationẽ
spernere palam videbat.

Notula.

vide Augustinum. p̃s. 148. libro. 22. de ciuitate Dei
& super Ioannem tracta. 28. legito euãgelium Mat
thei cap. 9. nõ veni vocare iustos sed peccatores ad
penitentiã, cui adstipulatur Paulus prima ad Ti-
moth. cap. primo dicens. Christus Iesus venit in
hunc mundum peccatores saluos facere, quibus cõ

sentit Petrus prima Can.cap 2. Qui peccata nr̄a
ipse pertulit in corpore suo super lignū vt peccatis
Esaie.53. mortui iustitie viuamus. Cuius liuore sanati estis.

Contradictio sexta.

Non sunt condigne passiones huius seculi ad futuram gloriam que releuabitur in nobis.

Di. Rom.8 2.Cor.4 Operibus nostris nos gloriam adipisci non posse adstruit hic Paulus, Verum oppositum sētire ostē dit: dum dicit, id quod momentaneum est & leue supra modum tribulationis nostre. Eternum glorię pondus operatur in nobis. Asserit nempe tribulationes quas in hac patimur vita quamuis momentanee & leues sint, operari in nobis gloriā que pō derosa & eterna est nimis. Nec aliter sibimetipsi cō
Cap.3. Cap.2 tradicere vr̄ Dum ad titum clamitat. Non ex opibus que fecimus nos sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Nihilo sectius ad Romanos ait, gloria autem & honor & pax omni operā ti bonum. Quid pater Philothee?

Solutio.

Phyl Inscirpo nodum facile dissoluimus mi Didime. Scias velim opera nostra bifariam cōsiderari posse.
lib.de spū et lr̄a c.29 Et vt nostra sunt absq; fide effecta, quo quidem pacto nullius sunt valoris apud Deum, Ait. Aug. Et sic Paulus rite sentit ea non esse digna gloria. Alio modo vt fructus fidei operantis per dilectionē sunt. Et tales fructus digni sunt vita. Quoties itaq; Apostolus nos nō saluari per opera asseuerat bene dicit vt opera nostra sunt absq; fide patrata. Cum vero gloriam operibus adscribit, honorēq; & pacem ut fructus fidei sunt ipse considerat. Ad

quod dilucidandum. Exẽplum prebeo tale, si quispiam cedrum amico nobili munifice donet cedrũ illum considerãtes nos ut cedrus est parui momẽti diiudicabimus: si vero vt amicabili manu ex arbore nuper excerptũ amico donat munus dignum est vt nobilis ille illud gratanter acceptans seipsum domumq; totam amico donanti offerat, ac obliget paripassu opera nostra vt opera nostra sũt: nõ sunt vite premio digna inquantum vero ex fidei arbore excepta. deiq; amore & proximorũ effecta felicitari ipsa digna censemus.

Cur igitur Paulus opa a gloria totaliter excludit? Di.
Equidem utrunq; complecti deberet & fidẽ et opa verum ipse inquit nõ ex opibus que fecimus nos. Titum. 3.
Exacte nempe Augustinus tibi responsum prebet Didyme. Idcirco quidẽ totũ munus Paulus ipse fidei tribuit seu gratie quoniã sine fide opera illa non essent bona, ut si diues pste pauperi cuppiã aureos mille: Ille uero peccunia habita ditet usq; adeo ut marmoreum edificet attrium. Nos dicere solemus eum attrium illud effecisse pecunia diuitis Et tamen ere proprio attriũ illud ipse cõstruxit. Hoc profecto ideo est quoniam si pauper ille mille aureos a diuite dono non recepisset nunq; tantam lucratus esset pecunie summã ut alta edificaret palatia. Cõsimiliter nũq; nos opera digna uita operaremur nisi fidem fructificantem a Deo gratis reciperemus ob id Paulus cecinit; Reddet unicuiq; secundum opera sua. Epĩa 10, 6 Phy.

Notula.

Vide. Aug. Epist. 106. ad Paulinã, lib. de spũ et lrã Ro; ca. 2 cap. 27. lib. de fide & opibus cap. 14. Q m sine fide impossibile est placere Deo inquit Paulus hebr. cap. 11. Rimare sepius dictũ Augusti. lib. quinqua-

ginta Homeliarum Homel.14. Deus coronat opera sua in nobis.

Contradictio Septima.

Rom.8. Christus qui mortuus est. Immo qui & resurrexit qui, sedet ad dexteram patris, qui etiam interpellat pro nobis.

Di. Rom.8. 1.Cano. cap.2 Christum pro nobis interpellare apud patrem adstruit Paulus. Cui consentit Ioannes eum aduocatum ad patrem appellitans: dicens. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustũ. Nihilominus ipsemet Paulus ad Timotheum verba faciens ĩquit. Qui est iudex uiuorũ, & mortuorũ,

Act. ca.10 Cui adstipulatus est Lucas dũ dixit. Cõstitutus est a Deo iudex uiuorum & mortuorum. Nemo Hercle aduocatus & iudex in eadem extabit causa: quo namq; pacto Paulus nunc eum aduocatum; nunc vero iudicem appellandum censet?

Solutio.

Phy. Aug. lib. Ench ca. 53. 2.54. Ioan.6. Si Euangelio credimus Christum iudicem ex delegata potestate uiuorũ & mortuorũ appellabimus. Ait enim pater omne iudicium dedit filio. Cum uero eum pro nobis ad patrem interpellare dicat Paulus. Ioannesq; eundem Christũ aduocatũ nostrũ apud deum patrem statuerit. Non voce eum interpellare seu aduocare intelligas sed effectu dũtaxat quoniam pro nobis & ipse mortuus: factus est propitiatio pro peccatis nostris: vt ipsemet Ioãnes ibi-

1.Cano. cap.2 dem expressit: nec ĩficiaris usq; adeo mi Didime. ut hec duo in uno incõpossibiliã putes. Nempe Rex alicuius Regni facile quempiam Iudicem instituerẽ in causa tua posset. Qui tamẽ iudex institutus mille antea pro te ipsi Regi exposuisset aureos. Equidẽ

institutus

institutus ipse iudex rite iudicaret, qui nihilominus tibi aduocatus diceretur: nō voce sed effectu: quia ob tui beneuolentiam mille antea Regi p̄stiterat ducatos. Nec aliter Christus iudex & noster aduocatus sepius fertur. Iudex nēpe quoniam suū est de nobis iudicare ex delegata a patre potestate. Aduocatus uero. Nā pro nobis vulneratus sanguinē fudit abūdæ. Quod quidē deprompsit Paulus: dū dixit. Quem proposuit Deus propitiatorem p fidem in sanguine ipsius. Ro. cap. 5

Non mediocriter profecto me tua verba delectāt pater Phylothee. Quippe si Christus voce pro nobis apud patrem interpellaret Ipseq; noster effectus esset aduocatus. Ad eum dūtaxat nostras preces fūdere: et ad nullum sanctorum recurrere deberemus. Quid ais? Di.

Rem tenes edepol: ob id Augustinus, & Gregorius Sanctos nostras inlelligere orationes asserunt. Quibus adstipulatus diuus Hyeronimus errorem uigilantiꝫ heretici hunc esse declarat: Iob. n. inquit cap. 5. Ad aliquem sanctorum conuertere. Dauid vero ps. 31. pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. Libro autem. 2. Machabeorum: notat de Hyeremia mortuo. Hic est qui multū orat pro populo & uniuersa sancta Ciuitate. Quibus omnibus consentit Petrus dicens. Dabo operam frequenter habere vos, post obitum meum: vt horum memoriam faciatis. Phy. Aug lib. de cura agēda pro mortuis. Grego. 12. lib mar: Hyer. in Epistol. ad vigilantiū ca. vltimo. 2. can. ci i.

Notula.

Vide Augustinum li. Enchir. cap. 53. & 54. In libello de cura agenda pro mortuis determinantem: ꝙ anime defunctorum suapte natura non dignoscunt orationes nostras: sed per reuelationem ad mussim eas intelligūt. Quod limpidius Augustinus: decla-

predestinatus saluabitur: prescitus damnabitur: cũ quibus stat: vt predestinatus damnari: prescitus vero saluari queat. Nam Deus ipse cõditionaliter predestinat: cõditionaliter etiam reprobat. Eligit enim quempiam ad gloriam: cum hoc vt non secundum carnem ambulet. Ait nẽpe Paulus. Nihil ergo nũc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu. Si nõ secundum carnem ambulant. Si ergo secundum carnem ambulauerint nihil eis electio illa profuit. Similiter reprobat aliquem volens ei penam. Si et ipse per viam carnis ambulans damnari velit: ob id Paulus dixit. Si enim secundum carnem vixeritis moriemini. Et est vt dicat: dato ꝙ in Christo nunc per fidem sitis: si legi carnis ad scelera finaliter consentietis: cadetis quidem a fide: et etiam eterne mortis iaculis feriemini: Dum itaq; Paulus et Euãgeliũ contestentur. Nullam creaturam separare posse electos a Christo, neminẽq; oues eius rapere posse. Verum est enim quo ad vsq; in caula oues permanent in Dei dilectione perseuerantes. At si carnis legi ex toto obedient caula Christi exibunt: & mortua in eis fide, morientur & ipsi.

Lib. de p̄de. dei ca. 1. & 2.

Rom. ca. 8

Rom. ca. 8

Vnde Augustinus has expiscatus est paradoxas? Ommissis que iam iam in superiori contradictione edisseramus. Audi queso. Christus dicit nonne ego elegi vos duodecim: et vnus ex vobis diabolus est elegerat nempę Iudam ad apostolatum. vt sicut et ceteri fidem seruaret. At fidem ei nõ seruanti que p dilectionẽ operatur. Nihil electio illa innuit. Nõne Paulus electus erat, cum Christus de eo Ananie dixerit. Vade quoniam uas electionis est mihi Iste. Nihilominus stimulus carnis ab eo auferri expostulabat dicẽs. Datus est mihi stimulus carnis mee. Angelus sathanę qui me collaphizet: propter quod ter

Di: Phy. Io. 6.

Act. 9.

2. cor. 12

Dominum rogaui ut discederet a me. Et dixit mihi sufficit tibi Paule gratia mea. Timebat enim ne stimulo carnis impinctus ab electione ad baratrum delaberetur. Notula.

Legito Augustinum libro 5. de Ciuitate Dei ca. 9. & 10. nec non libro de predesti. Dei. cap. 1. et 2. vbi assignat duo predestinationis genera: necessitatis. s. qua predestinati sunt Sol & Luna & Stelle Et pdestinationem conditionis, qua homo libertate arbitrii gaudens predestinatus est a Deo. Vide eum lib. de correctione & gratia. cap. 7. & 9.

Ex Nono Capitulo.

Cum nõdum nati essent: nec aliquid boni egissent aut mali ut secundum electionem maneret propositum Dei. Non ex operibus sed ex vocante dictum est: quia maior Mala. c. 1 seruiet minori (Sicut scriptum est). Iacob Dilexi Esau autem odio habui.

Di. Ab eterno Deum reprobasse Esau et elegisse Iacob nullis precedentibus meritis aut demeritis. sed solius Diuine uolũtatis bene placito. docet Paulus. Nihilosectius ipse idem Paulus clamitat: nõ enim est acceptio personarũ apud Deum: & Petrus ait. In veritate comperi ꝙ non sit personarum acceptor Deus. Et iterum qui sine acceptione personarũ iudicat secundũ vniuscuiusqꝫ opus. Quis enim (nisi desipiat) negabit hec duo contradictorie dici? videlicet Deus hũc eligit illũ vero reprobat absqꝫ causa. & Deus non est acceptor personarum? Sed iudicat secundum vniuscuiusqꝫ opus?

(Margin: Rom. c. 9. 2. li. para. cap. 19. Rom. ca. 2. Eph. ca. 2. Colos. 3. Act. 10. 1. Car. 1)

Phy. Eo quoniam Theologum agis: Augustino. Archytheologo fidẽ prestare decet. Duo igitur ex Augu.

ſtini gimnaſio didicimus: primū eſt ꝙ Deus prede- ſtinat ſeu eligit quempiam ex gratuita ſua pietate: nulla ſtante cauſa in electo. Non enim predeſtinat propter opera preſentia neqꝫ futura: Secundum eſt vt nunq̄ Deus ipſe aliquē preſciendo reprobet: niſi eius demerita finaliter preuideat. Quo quidē fit ut Iacob elegerit ex ſue uolūtatis beneplacito. Eſau vero reprobauerit ex demeritorum preuiſione. Ait enim Auguſtinus, non prius Deus eſt vltor q̄ aliquis ſit peccator: & rurſus damnatis iuſta pena redditur: ſaluatis autem indebita confertur gratia. Lib. I. ad Simplicianū Epm. Ex Ep la ad Sixtū 105. lib. ad bonifaciū cōtra Pelagianos. Gen. 11. Cap. 24. Lib. de p̄de. & grā. ca. 3. & 16

Di. Hem pater Phylotheæ. Auguſtinus in Paulum fraudes moliri oſtendit: Ait enim cum nondum nati eſſent: nec aliquid boni egiſſent aut mali. Nulla itaqꝫ eſſe poterit reprobationis cauſa? Rom. 8

Phy. Garris ne mi didyme? et ſi gemini illi Iacob et Eſau nil boni aut mali patraſſent: quia adhuc nondum nati erant: tamen demerita ipſius Eſau Deo preſentia erant. Inquit Auguſtinus de pharaone loquens: talem eum preſciuit Deus: qualis ipſe futurus erat. Apoſtolus nempe ait, omnia nuda & aperta ſunt oculis Domini. Lib de p̄de. & grā. cap. 15 Hebr. 4

Di. Quid dicemus ad Paulum? Ait enim non ex operibus ſed ex vocante dictum eſt quia maior ſeruiet minori. Quod interpretari intendens Auguſtinus dicit. Non ex operibus preſentibus neq; futuris.

Phy. Quod Auguſtinus ibidem dicendum cēſet: dicam & ego. Non ex operibus ſed ex uocante: hoc eſt: nō ex operibus vtriuſqꝫ ſcilicet electi & reprobati: ſed bene ex operibus vnus preuiſis a Deo vocante. Dilexit enim ab eterno Deus ipſe Iacob, ſola liberalitate miſericordie ſue Eſau autem odio habuit: ex demeritorum preuiſione. Habes ne mi Didyme? Lib. de p̄de. & grā. cap. 7.

Di. Habeo quidem ſuperficie tenus. Nihilominus Pau

lus dicit igitur non volentis neq; currentis sed miserentis est Dei.

Phy. Audi queso Augustinum: adstruentem: hoc dictum fuisse propter Iacob tantum: fuit enim electus: non quia ipse eligi voluisset neq; quia merita peperisset sed ex mera Dei misericordissima pietate. Et rationem signat Augu. q̄m non ait Apostolus uolētis neq; currentis sed obdurantis est Dei, sicut dixit: sed miserentis est Dei. Nā Esau reprobatus est quia reprobari uoluit et ad reprobationem demeritis suis cucurrit. Que omnia ante mundi constitutionem Deus ipse presciuit Iacob vero sola. Dei gratuita miseratione predestinatus est: nullo eius bone uolūtatis motu preuiso.

Lib. cōtra iulian ū li. ad bonifaciū Episcopū cōtra pelagianos.

Di. Tandem (si rite tua verba capio) predestinationis nulla est in predestinato causa. Reprobationis autē iusta causa statuitur. Eo quoniam nunquam Deus aliquem reprobasset: nisi eius demerita finaliter p̄uidisset. Et tamē Paulus oppositum sentit, dum dicit. Ergo cuius vult miseretur et quē uult indurat.

Rom. ca. 9

Phy. Ha ha he: Tue vulgari dubitatiūcule satisfacit Augustinus mi Didyme. Qui ait Deū hominē indurare non est duritiem in cor eius causare, sed deserere ipsum in libertate arbitrij sui: non moliendo per gratiam. Sol enim sui absentia luminis mūdum obnubilat. At absens Nauta ī causa est, q̄ Nauis summergatur. hoc idem de Deo sentiendum ducimus. Quando non illuminat excecat. Dum non mollit indurat. Nec sine iusta causa quempiam deserit seu indurat nolens ei auxiliari: ait enim Augustinus. Querimus meritū obdurationis & inuenimus. Merito nāq; peccati vniuersa massa damnata est. Nec indurat impartiendo malitiam: sed non impartiendo misericordiam, Et alibi in eo cuius miseretur

Li. ad sixtū epistola 105. de grā et libro arbitrio ad valentinū c. 21. et 23.

Epl'a. 105. ad Sixtū.

eius gratias agnoscite. In eo uero quem obdurari p mittit eius demerita credite: & rursus. Deus deserit tantum dignos deseri. Libro de gra et liber.ar.ad val.23.li. de natura & gra.ca. 23.

Cur ergo Paulus nos omnes obiurgans diuine voluntatis causam nullatenus querendam esse docet? clara uoce vocitās: O homo tu quis es? vt respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit cur me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem uas in honorem aliud vero in contumeliam: Quibus verbis rite libratis. Aucupari poterimus Paulum adstruere q Deus ipse solo Diuine voluntatis beneplacito eligit. Ad quod duas apponit ipse rationes prima enim ex parte creature ponitur quoniā figmentum non dicit factori suo Cur me fecisti sic. secunda vero ratio ex parte Dei inscribitur talis. Nonne figulus ex eadem luti massa habet potestatem fingendi aliud quidem vas in honorem, Aliud vero in contumeliam? Ac si diceret quanto magis Deus ex eadem perditionis massa aliquos ad gloria quosdam vero ad contumeliam eligere quibit. Di: Rom.c.9

Duo nempe peragit Apostolus vno dictato: dum enim dicit. O homo tu quis es tu respōdeas Deo? primo rationem reddit proposite questionis. Deinde temeritatem retundit Humanam. Ait enim Augustinus hoc enim loco quidam stulti putarunt Apostolum in responsione defecisse. Et inopia reddende rationis reprexisse contradctoris audaciam Sed magnum habet pondus quod dictum est, o homo tu quis es? Respondet itaq; proposite prius q̄stioni hoc pacto: Cur me reprobas? Dū dicit hō: Ait Paulus propter peccatum tuum: cogita nēpe homo qualis natura sis et de massa corupta et īmū Phy: Li.Ench: Cap.99 Gen.2.

Ob id Phylotheum Augustinum non appellabo ne animam de corpore in corpus migrare concedam. Verum enimuero hoc passim dicam eo Augustini mineruam calles ut iure alter. Augustinus dicaris Eya itaq; edisseras mihi si libet, quid sibi illa verba uolūt. Dicit ē̃m scriptura Pharaōi quid in hoc ipsum excitaui te ut ostendam in te potentiam meam, & anuncietur nomen meum in uniuersa terra. Si deus ipse Pharaonem excitauit ut contra eius precepta filios israel in seruitute artaret. Pena itaq; non ex iusto. Dei iudicio sed ex eius libera voluntate exoritur. Rom.9 Exo.9. Phy.

Non utiq; credas Deum Pharaonem excitasse, ad vitia eũ depellens, suapte natura criminosus erat. Ait enim scriptura, et ĩgrauauit Pharao cor suum Sed tribus modis eum excitauit dans ei regni presidentiam, coseruãs eum in imperio, ac per Mosen principiens ut populum dimittere quem nolle dimittere videbat; Exo.c.8. Aug. Epistola ad Sextum.105. et lib. ad Bonifacium.

Si rite tua uerba olim mettitus sum ·Phylotheæ Emergenti huic contradictioni aliud te prebuisse concilium recordor, dice ergo denuo si libet. Di.

Dicebam nẽpe q̃ iterum asserere non fore inutile arbitror. Dum enim. Paulus Iacob electum vt Esau fratri dñaretur dicit. Ipsumq; Esau Iacob sub esse debere Deo mãdãte non ex operibus adstruit. De regno temporali tantũ loquitur. Et ante ipsum dicit hoc Hunc humiliat & hũc exaltat quia calix in manu domini vini meri plenus mixto. Aliquibus dat regnum quietum aliquibus mixtum amaritudine Cum vero Iacob a. Deo dilectum Esau autem Deo odio fuisse ponit non negat hec effecta esse ex opibus. Quid sane vidit diuus Hyeronimus in prologo super Malachiam. Ob id scias velim. Phy. Ro.ca.9. Gen.25. Dauid ps.74. Vide Aug. 16.li. de ci. dei.c.35.

probauit ad inferna damnandum: hoc nunq̃ esse cisset nisi eius demerita presciuisset. Ad q̃ quidem suadendum tibi bone Didyme. Audias queso sa- Cap.11 pientie dictum Diligis omnia domine & nihil odi- sti eorum que fecisti. Et tamen Paulus sententia Ma Rom.9 Cap.1 lachie prophete asserit Deum odio habuisse Esau. Quo namq̃ pacto eum odiuit Deus si omnia que ipse creauit diligit nihil odit: nisi quoniam odio habuit Esau non quantum ad naturam quam ipse creauit: sed quantum ad demerita que in eo preui dit. Similiter Paulus cum de regno terreno loqui- Ro.cap.9 tur. Dicit Iacob electum Esau vero reprobatũ non ex operibus factis neq̃ preuisis. Dum vero de re- gno celesti dixerit. Iacob dilectum Esau vero odio habitum a Deo firmat ipse Paulus nihil de operi bus loquens, quoniam non intẽdebat negare Esau esse damnatum ex operibus.

Notula.

Vide Augustinũ libro primo contra Iulianũ lib: ad Simplicianum episcopũ Epist. 105. Ad Sixtum lib. ad Bonifacium contra Pelagianos lib. de pred. & gratia cap. 3. 15. 16. lib de gratia & libe. arbi. ad valentinum. cap. 21. 23. libro de natura & gratia cap. 23. libro Enchyri. cap. 99.

Contradictio secunda.

Iacob dilexi Esau autem odio habui.

Esau ab eterno Deum odio habuisse, ait Paulus, Di. Sacram contestans scripturã, Iacob vero dilexisse Cap. 9 Malach.1 qui tamen gemini eorundem parentum Isaac & Rebecche extiterint. At oppositum declarat Salo sapient.11: mon dicens: diligis domine omnia quæ sunt; & nihil odisti eorum que fecisti.

Solutio.

Hominem enim bifariam contemplari poterimus:
Phy. & quantum ad naturam & quo ad culpã: quo ad naturam omnes Deus diligit & neminem odio pro
Aug. Epi. Ro. ad Sixtum. 105. sequitur. Quãtum vero ad culpam quoscũq; odit Dauid nempe inquit. Odisti omnes qui operantur iniquitatem.
Ps 4.

Di. Cap. 1. Si quippiã Malachie verba liberauit. Ex quibus
Rom. ca. 9 Paulus Deũ dilexisse Iacob Esau odio prosequutum fuisse asseuerat. Comperiet sane amorem Iacob & odium Esau ad temporale regnũ a Deo dirigi. Propterea quod Deus ipse voluit vt Iacob dominaretur Esau vero seruiret. Quod quidẽ deprõ
Rom. c. 9 Genes. 25. psit Paulus. Dũ dixit, non ex operibus sed ex vo-
Malac. 1. cante dictum est quia maior seruiet minori. Sicut scriptum est Iacob dilexi Esau autem odio habui. Ac si dicat Apostolus. Dum Rebecca geminã prolem in proprio luctari vtero sentiret, dominumq;
Gen. c. 25. consultaret: vt quid futurum foret indicare dignaretur. Dictum est ei. quia maior: videlicet. Esau seruiet minori. i. Iacob. Ad quod probandum Apostolus scripturam afferens dicit sicut scriptum est Ia-
Malach. cap. 1. cob dilexi Esau autem odio habui. Ergo dilexit Iacob quia voluit ei Esau seruire debere, odioq; Esau prosequutus est: eo q ipsum ad fratris seruitutẽ delegit. Nihilosectius ex libri Geneseos decursu Esau regnasse Iacob vero seruituti adiectum fuisse Moses inculcat. Quo nã pacto Iacob Dominũ Esau vero seruum adstruat scriptura? pãdas precor Phy lothee. Effare ne sileas quæso.

Phy. Illud ante omnia satagendum putabis mi Didyme: ad quod in primis discutiendum tua solertia me dudum excitaueras. Que tu narras uera esse fateor. Malachias nempe asserit Deum dilexisse Iacob, Esau vero odisse. Nã Iacob regnare, Esau aũt

seruire delegit. Quãq̃ Apostolus ad homines causam diuine voluntatis fatue exquirentem Aposto phrans Iacob a deo predestinatum Esau vero abeterno reprobatum inde traxerit. Ad hec accedit ut asseramus populum Idumeum ab Esau dictũ: qui enim Edom nominatur.i. sanguineus, ac etiã Seyr hoc est Pilosus. Israelitico populo tuũ obsequium prestitisse, cũ Dauid secundus Israelitarũ Rex eos ad tributa obligans, potenti manu subegit. Nec aliud sibi illa verba volũt (Maior seruiet minori) Ait enim textus. Due gentes sunt in utero tuo) Cum Deus ipse Rebeche petenti re sponsa prestaret. Genes.25. Malac.1. 2.Reg 8. Genr. 25

Notula.

Vide Augustinũ Epist.105. ad Sixtũ libro de predesti. & gratia capi.7.lib.de predesti. Santorũ ca. 16.libro.16. de ciuitate Dei.cap.35.

Contradictio tertia. Rom.6. Di.

Voluntati eius quis resistit?

Eo hebes sum ĩngenio pater Phylothee vt quecũq̃ contradictorie dici prima facie mihi se offerat, uelut ab ortos flusculos ex pomerio scripturarũ facile excerpere, sciam nodos aũt dissoluere penitus ignorem. Ob id ad te theologorũ omnium etate nostra principẽ me docendũ duco, ne sim tibi tedio p̃cor. Phy:

Vt te doceam letor. Tibiq; morem geram magis ac magis inardescit animus: exprime igitur dubiũ. Di:

Inquit Paulus voluntati eius quis resistit? Ac siaperte dicat neminem Dei voluntati resistere vnq̃. At Xp̃s dicit Ierusalem Ierusalem que occidis prophetas & lapidas eos qui ad te missi sunt quotiẽs volui congregare filios tuos queadmodum gallina cõgregat pullos suos sub alas & noluisti? En habes Ierusalem diuine resistentem voluntati. Et iterũ Rom.9. Matth.23

Matt. 20. Paulum cum Xpo certantem intueor. Ait. n. An
1. Thimo. cap. 2. non licet mihi facere quodcunq; volo? Et Paulus
dicit: Deus vult omnes homines saluos fieri: qui
tamen omnes minime saluantur. Non licet itaq;
ps. 113: facere quicquid vult. Cõsimilis ex lege emergit cõ
Cap. 56. tradictio Dauit tuba cecinit Deus aũt noster in ce
lo omnia quecũque voluit fecit Esaias vero ex ad
uerso Deũ in populũ conquestum dixisse adstruit.
Numerabo vos in gladio & omnes in cede corrue-
tis ꝓ eo ꝙ vocaui et renuistis, clamaui et nõ respõ
distis Et que nolui elegistis. Ergo non effecit Deus
quecũque voluit.

Phy. Non omnia que Deus vult ab hominibus faciẽda
eodem calle metitur. Aliquotiens nempe vult vt
ipsi aliqua efficiant, tamen nõ dat eis media, vt ad
illa deueniant, & eius adimpleant voluntatem: sed
in eorum arbitrii libertate eos deserit: Hoc namq;
Exo. 4. & 10. pacto. Pharaonem eius obtemperare monitis vo-
luit: vt populum ad sacrificandum Deo Israel di-
mitteret. Nihilominus ipsum non adiuuit illumi-
nando, quin potius obdurauit eum, in sui arbitrii li
Matth. 13. Marc. 4. bertate relinquens: sic etiam phariseos omnes Mes
Luce. 9. siam Xpm noscere in eumq; sperando credere vole
Ioan. 12. Actu. 28 bat: verum eos nullatenus inspirabat. Lucẽtius lu-
Aug. li. de gra & lib. arbi, ad. va len. ca. 23 ce videns inspirationem phariseos spernere, & illu
minationi diuine acquiescere nolle. Aliquando ve
ro vult, & media hominibus prestat: vt ea que ipse
lib. de nat. & gra c. 23 volendo iubet facile compleant. Vocans eos voca-
Dyo nisi. tione interna inspirando: tali quidem voluntate uo
Ariopag. luit vt Petrus Vertex omnium Apostolorum exta
lib. de diui nis noibus Cap. 3. ret. Eademq; voluntate quotquot electi sunt felici-
tate potiri vult. Ait enim Paulus. Quos predesti
nauit hos & vocauit. Dum itaq; scriptura neminẽ
Dei voluntati resistere testatur. De prima intelligi-

mus voluntate qua sic Deus vult, vt media inspi- Roma. 8.
rando prebeat neminē sibi resistere volens: cū aūt
conqueritur Deus: ꝙ nonnulli eius volūtati resiste
re moliunť, de generali illa intelligit uolūtate, qua 1. Timo. 2
vult omnes homines saluos fieri: omnes tamē non
illuminat: quia non omnes illuminari uelle ipse
presciuit.

Abste discere cupio: cum Deus quempiam inspirat Di:
offerens ei gratiam vt eius adimplere mandata va
leat, cogit ne eum vt tali acquiescat inspirationi?

Potior humani arbitrij libertas in hoc dignoscit:
ꝙ libere unusquisq; oblatam gratiam acceptare, eā Phy.
demq; repellere ualet.

Scripturas hanc veritatem asserentes libenter au-
direm. Di:

Audi in primis Dauid. Ego sum dominus Deus
tuus qui eduxi te de terra Egypti dilata os tuum & Phy. ps. 80
implebo illud. Nostrum itaq; eos dilatare erit, ꝙ
nostrum sit repellere exprimit dum sequitur. Et nō
audiuit populus meus vocem meam & Israel non ps. 118.
intendit mihi: Rursus os meum aperui & attraxi
spiritum. Apocalipsis inquit. Sto ad hostiū et pul- Cap. 3.
so, siquis aperuerit intrabo & cenabo cū illo. Nos
itaq; cordis hostiū aperire debemus: vt Xp̄m pul-
santem hospitio recipiamus. Quibus cōsentit Ste
phanus in phariseos inuehectus dicens. Dura ceruí Act. ca. 7.
ce te incircūcisi cordē vos semp restitistis spūi sctō.
Sicut & patres vestri. Nec ab his discentit Paulus Ro. ca. 10
cum Esaia vociferans. Tota die expādi manus me Cap. 65.
as ad populum non credentem & contradicentem
mihi. Ad Israel autem dicit. Ait Apostolus. Hinc Lib. de ec- cle. dogma.
Augustinus adstruit. Initiū salutis nostre Deo mi- ti cap. 21.
serante habemus diuine aūtem acquiescere inspira Li. de sp̄ū & lra c. 34
tioni nostre potestatis est, Et alio loco, Consentire

Ex Decimo capitulo.

Contradictio Prima.

Quicunq; inuocauerit nomen domini saluus erit. Rom.10.

Ne otio torpescat animus dicamus alterne(si libet) humanissime Philotheæ. Di.
Ex ore meo extraxisti verba:protinus ad mineruę ludum te inuitare cogitabam. Age quid noui affers Didyme? Phy.
Paulus ait. Quicunq; inuocauerit nomen Domini saluus erit:et Christus dicit,nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non poterit intrare in regnum celorum. Multos nempe nomen Domini inuocare dicimus. Qui baptismatis unda nõ sunt pfusi:vt hebrei:et Ismaelite:quos Turchas appellamus. Eosq; omnes eterne addicti morti ad tartara demerguntur. Antiuangelista ergo erit Paulus: si contra Euangelium & ipse scribit. Di Rom.10 Ioan.13.
Perpēdas velim Didyme. Ioelem prophetam ante Paulum hec protulisse verba. Intendens enodare quemcumq; salutem adepturum, qui nomē Domini in fide messie inuocauerit. Ait enim Esaias. Omnis qui credit in eum non confundetur. Phy. Cap.3 Aug.lib Enchi.ca. fcito. Cap.28 Rom 9
Quam quidem sententiam Paulus adnotauit, addens, corde enim creditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutem: quod interpretari volens Augustinus inquit:si quispiam corde in Christum credat,& ore eum confiteatur, dum ab exprobantibus timetur opprobrium, saluus erit. Sed quoniam in baptismate fidem adipiscitur anima. Idcirco neminem saluandum adstruit Euangelium, nisi quem Rom.10 Ibidem, sup.Ioan. Ho.77. ps.102. ps.118. Heb.6.

unda baptismatis abluerit, clamat quidem Euange
Io.ca.3 lista. Qui credit in Filium Dei habet vitam eternã qui autem incredulus est filio non videbit vitam. Ad quod alludit Paulus ad hebreos scribens: sine fi
Cap 11. de impossibile est placere Deo.

Notula.

Legito Augustinum libro Enchyr. cap 6. & super Ioannem tractatu 77. ps. 102. 118. libro sermonum de Simbolo ad cathecuminos: & libro sentētiarum Prosperi: calcatius autem libro de verbis Domini secundum Lucam: Sermon. 36. Vbi adstruit fidem esse fontem orationis.

Contradictio Secunda.

In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terre verba eorum.

Di: Mat. 25. Ait veritas & predicabitur hoc Euāgelium Regni in vniuerso orbe. In testimoniū omnibus gentibus & tunc veniet consumatio. At mille ferme & quin genti defluxere annis ex quo Apostoli Euangelium
Rom. 18: Regni predicarunt: & nondum venit consumatio seculi: Igitur ipsi non detulerunt Euangelium ad quascunq; mundi partes. Cur ergo Paulus reboat. In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fine orbis terre verba eorum?

Phy. ps. 21. Nonnunq̄ in scripturis preteritum tempus pro futuro: spiritu sancto dictante: poni consueuit. Dauid
Cap. 9: ait. Foderunt manus meas et pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Nihilominus mille ferme annis Messiam Christū ipse precessit, cuius manus & pedes clauis cōfossi fuere. Esaias itidem cecinit, paruulus natus est nobis & filius datus est nobis. Nec ab re profecto prophetia nāq; Dei archana patefacit; & ideas Diuine mentis depromit: ob id que

uentura sunt: preterita notat. Fateor ergo Apostolorum voces in omnem terram non esse diffusas. Nempe cosmographi ponunt: & ex scripturis tempestate nostra didicimus: nonnullas insulas nihil de Christo unq̄ audiuisse. At Paulus preteritū pro futuro scribit. Ac si diceret, ī omnē terrā exibit sonus eorū: nec allucinatˀ Paulus ipse mi Didyme. Dauid quippe ante eum: hec protulit verba qui vsq̧ adeo Apostolicum cetum antecessit (vt superius conclamatū est) q̧ potius exibit q̄ exiuit dicere debuisset.

Augusti: epistola ad Enchi. episcopū. ps. 18.

Di.

Frugifera quidem dilucidatio. Verum huiusce sententie sanum intellectum ex tui animi sententia ab ste discerem libenter. Dic ergo queso, quo nam pacto tu ipse interpretari soles?

Phy.

Multotiescum Theologis theologice concertans: dixi propositionem illam ueritatem sapere pro generibus singulorum, non pro singulis generum: vt sit sensus, in omnem terram exiuit sonus eorum: qa ad quatuor orbis partes Apstolorū insonuere uoces. Et ut paradigma tibi porrigam: hoc modo Augustinus tria scripture, Axiomata īterpretatus est que sunt. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: hoc est. Ex omni generatione hominum venientium in hunc mundum aliquem illuminat. Et illum: veh vobis scribe & pharisei: qui decimatis mentam & rutam: & omne olus idest, de omni genere oleris decimas sumitis. Nec non Pauli dictatum. Deus vult omnes homines saluos fieri: quia de omni genere hominum, non autem omnes sigillatim nemine exploso saluari vult, nisi volūtate illa generali. Quam potius Diuinā permissionē, q̄ Dei voluntatem appellandam censemus.

Exemplū dicti.

Li. enchi. cap. 103. Ioan. 1. Luce. 11. 1. Timo. 2.

Notula.

Legito Augustinum epistola ad Ench. Episcopum

& illud Marci vltimo. Illi autē profecti predicauerunt vbiq; Domino cooperante: & Actorum ca. 1. Eritis mihi testes in omni iudea & samaria & vsq; ad vltimam terre.

Ex Vndecimo Capitulo.

Contradictio Vnica.

O altitudo diuitiarum sapientie & scientie Dei, q̄ incōprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles vie eius.

Vocem exaltans rubicen Iudicia Dei incomprehē
Di. sibilia esse affirmat. Dauidi adstipulatus dicēti: iu-
Rom. 11. dicia Dei abissus multa. Veruntamen ambos alibi
ps. 35. oppositū asseruisse comperimus. Paulus nempe ad Romanos ait scimus enim quoniam iudicium Dei
cap. 2. est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Et rursus, existimas autem hoc. O homo qui iudicas eos qui talia agunt: & facis ea quia tu effugies iudi
ps. 118. cium Dei? Ergo ipse iudicium Dei nouit: similiter
ps. 147. Dauid dum dixit. Iustus es Domine et rectum iudicium tuum. Et lucidius alibi. Qui annūciat. verbū suum Iacob. Iustitia et iudicia sua Israel: Igitur populus Israel iudicia Dei rite comprehendit.

Phy. Non me latet profecto iudicia Dei multis patribus
Lib. 83. 9. enucleata ab ipso Deo fuisse. Ob id Augustinus di-
Rom. ca. 9 cit. Paulum non prohibere sanctos ab inquisitione
Ephe. 3 iudiciorum Dei: sed illos qui non sunt in charitate radicati: dum dicit. Tu quis es vt respondeas Deo? Tamē ipsemet Apostolus inquit. Spiritualis homo omnia iudicat. Dū itaq; Paulus & Dauid Iudicia Dei imperscrutabilia ponunt ex naturali. Vi humani intellectus decernunt. Cum vero nonnullos iudicia Dei nouisse affirmarunt: per reuelationem hoc

effectũ fuisse testantur: Vnde in Psalmo dicitur nõ fecit taliter omni nationi & iudicia sua non manifestauit eis. Ac si dicat. Deus ipse mãifestauit iudicia sua. Israel. Aliis vero nationibus ea non patefecit. 147.

Paradigmatice te loqui cuperẽ Phylothee. Exempla enim magis mouent.

En mellite Didyme. Ex lib. Coeleth. Qui Ecclesiastes latine inscribitur: nos Venamur. Nescit homo an sit dignus amore vel odio. At Paulus dicit. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro q̃ sumus filii Dei. Quod itaq; Vnus naturaliter fieri posse negat. Alter a spiritu sancto spiritui humano reuelari asserit. Ecclesiastes nẽpe neminem solo nature lumine scire posse, an sit dignus amore uel odio asseuerat. Paulus uero. Quempiam id noscire posse per reuelationem spiritus affirmat. Itidem ex Euangelio liquet. Christum dixisse. Confiteor tibi pater Domine Rex Celi & Terre. Qui abscõdisti hec a sapientibus et prudentibus, et reuelasti ea paruulis. Ecce que mundi sapientes naturali sapientia scire nequeunt. Humilibus humane scientie experti bus, Dei spiritus reuelat. Phy. Rom. 9. Mat. 11. Luce. 10.

Notula.

Vide Augustinum ex Epistola ad Sixtum presbiterum. Libro de correctione et gratia: libro de spiritu & litera ca. 34. & super Ioannem homelia. 53.

Ex Tertiodecimo Capitulo.

Contradictio Vnica.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.

Superioribus potestatibus nobis parendum suadet Apostolus. Qui tamen omnes christicolas Christi Di. Rom. 13.

morte liberos effectos eẽ predicat. dicens. Itaq̃ fra
Gal.4. tres non sumus ancille filij: sed libere: qua libertate
Christus nos donauit. Nempe hæc duo repugnãtiã
claudunt q̃p simus liberi: & Dñis sublimioribus
obtemperantes seruiamus.

Caue mi Didyme, ne in petiliãi heresim delabaris:
Phy: Aug. lib. 2 cõtra lr̃as petiliani. cap. 94. asserentes quid nobis cum Regibus et principibus?
Christus enim precipit. Reddite que sunt Cesaris
Cesari: & que sunt Dei. Deo. Cui concors Petrus
Matt. 22. clamitat: subiecti estote omni humane creature, p
1. cano. c. 2 pter Deũ. Siue Regi quasi precelenti: siue ducibus
Ibidem tamq̃ ab eo missis ad uindictam male factorũ: lau
dem vero bonorum: & rursus Deum timete. Regẽ
honorificate: itidem: serui subditi estote Dominis ĩ
omni timore non tantum bonis & molestis. Sed ẽt
Eph. ca. 6 discolis: Hinc Paulus Serui obedite Dominis car
nalibus: cũ timore & tremore in simplicitate cor
dis uestri. Sicut Christo. Et alibi ideoq; necessitate
Rom. 13 subditi estote non solum propter iram sed etiã p̃p
conscientiam. Quod exponens Augustinus dicit,
non solum ad Principis iram euadendum ei obtem
Li propõ nũ ex epi stola ad Rom. pro põne. 74 perare nitaris. Sed etiam propter conscientiã: idest
quia Christus hoc precipit et iterum reddite omni
bus debita cui tributum tributum. & cui vectigal
vectigal: cui timorem timorem: & cui honor ho
norem: usq; adeo: ut precipiens Paulus dicat. Qui
Rom. 13 resisti potestati Dei ordinationi resistit. Et rationẽ
apponẽs ait. Nam nõ est potestas nisi a Deo. Quã
uis hanc sententiam pater & filius in officina Di
uine sapientie ante Paulũ cuderint Dauid quidẽ di
cit. Hunc humiliat, & hunc exaltat, quia calix in
p̃s 74 Sapiẽt. 6 manu Domini uini meri plenus mixto, Salomon
Prouer. 8 autem, omnis potestas a Domino Deo est.

Cur ergo Paulus Xp̃m nos libertate donasse se-

ipsum iactat?

Non hac libertate Xp̄s nos donauit ut dn̄is tēporalibus non deseruiamus: Dei enim ministri sunt: Et eius qui Dei potestate in terris vicarie potitur. Ait.n.non sine causa gladium portat Dei enim minister est vindex in iram ei qui male fecerit. Sed binā nobis impartitus est libertatem: liberauit enim credentes a seruitute peccati quoniā sine Xp̄o nullum prorsus agere possemus bonum: inquit. Veritas sine me nihil potestis facere. Quod interpretatus Augustinus dicit:nec parum boni: immo sine Xp̄o omnes peccato deseruiunt: scribit enim Euangelista Qui facit peccatū seruus est peccati. Et iterum si filius uos liberauerit vere liberi eritis: Et ab onere legis Moisis nos exemit. Clamat Paulus. Xp̄s nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum.

Phy. Qualis est pōtifex. Rom.13 Ioan.15 Li.de verbis apl̄i. ser.13.et 16 Li.solilo. cap.15 Ioan.8 Ibidem. Gal.c.3.

Succi plena tua extant verba pater Phylotheæ. Sed tuum Didymum aliquātisper sustineas precor. Qua ex causa Dauid dicit. Bonum est sperare in domino q̄ sperare inprincipibus?

Di. ps.117

Petiliani obiectionem tangis mi Didyme Quam sic explosit Augustinus. Nos inprincipibus minime sperare quin eos monere ut in Xp̄o ipsi sperēt tenemur, eis tamen iusta precipientibus: tanq̄ Ecclesie ministris obedire debemus.

Phy. Li. cōtra lr̄as petiliani, ca.97.

Notula.

Legito Augustinum super Ioannē: Homelia.102. libro de verbis domini Ser.6. ex epistola ad Macedonium libro.11. super Gen̄.lib. contra lr̄as Petiliani ca.92.et.97. Et equa lance librabis illud Mathei.cap.19. Magister vester non soluit didragma hoc anno. Nam didragmatis censum capharnaum & ipse persoluit.

Ex quartodecimo Capitulo.

Contradictio prima.

Di. Omne quod non est ex fide peccatum est.

Rom.14 Quecꝫ infidelium opera: quia non sunt ex fide fore peccata docet Paulus. Dū dicit omne aūt quod non est ex fide peccatū est. quo quidem fit: vt si hebreus seu Ethnicus pauperi petenti elemosinam eroget: peccare dicamus Attamen Lucas Apostolorum acta describens. Exemplo Cornelij Centu-

Acto.10 rionis oppositum nobis ostendit. Cornelius enim in Cesarea degens vir erat Gētilis absqꝫ fide: quē tamen Religiosum appellat: & eius opera Deo grata memorat. Ergo non omnia infideliū opera peccata censere debemus.

Solutio.

Phy. Nolim te autumasse mi Didyme opera Cornelij. Centurionis absqꝫ fide Deo grata fuisse. Hoc enim non fuit sine omni fide ait Augustinus. (lib. sententiarū prosperi.)

Di. Si fidem a Deo adeptus erat Cornelius. Cur ergo

Phy. Petrum ex Ioppen accersitum voluit?

Vt eum baptismatis vnda perfusum: in fide cōfirmaret & eius fidem augeret.

Di. Opera infidelium peccata censenda fore opinatisne? Pater Phylothea?

Phy. Nemo quidem, nisi penitus desipiat, ad hanc erroris abissum delabet. vt opera Ethnicorū: (que bona nūcupare solemus) peccata esse dicat: necnon ieiunia & elemosinas iudeorum, scelea uocitare audeat. Agustinus nempe inquit, sunt enim aliqua infidelium opera que non solum vituperare nō possimus: immo merito iureqꝫ laudamus. Sed apud Deum inania sunt Dum itaqꝫ Paulus dicit. Omne aūt quod non est ex fide peccatum est. Augusti- (Lib. de spiritu et lra. ca27. &. ps.31.)

nus ipse interpretatur. Quoniam omnis infideliũ vita peccatũ est: & nihil bonum vbi deest agnitio eterne & incõmutabilis veritatis. Igiť omnia opera infidelium sunt peccatum: non in se sed per quã dam concomitantiam: concomitantur enim radicẽ omnium peccatorum, que est infidelitas. Hoc nãq; pacto multotiens quipiã criminosus ab omnibus extimabitur: quia assidue societatẽ & contuberniũ alicuius ĩfamis sibi delegerit. Et alibi Augustinus idẽtidem sic intelligit dictum Apostoli omne quod non est ex fide peccatũ est quia omnia opera infidelium eis cooperantur in malum, Nã infine tãq̃ Sterquilinium ipsi perdentur. In se autem opera illa nullatenus peccata extimari deberent.

libro. 3. ad Bonifaciũ cõtra duas epistolas pelagianorum cap. 5.

Di:

Lib. solilo quiorum cap. 28.

Nihilominus Christus dicit nõ potest arbor mala bonos fructus facere: At infidelis arbor mala est: quod namq; pacto opera eius bona esse quibunt? Non sunt bona gentilium opera apud. Deũ: sicut poma male arboris neutiq̃ dominus grata sibi dicet: in se tamen mala non sunt. Et si mala ea dicemus hoc quidem erit quantum ex mala prodeunt arbore, quo ẽt modo infidelium opera peccata dicimus: quia ex radice omnium peccatorum que est infidelitas, exoriuntur.

Phy

Math. 7

Di.

Sana verba ꝑfecto sapiẽtissime Philotheæ verũ enim vero huiusmodi textus dilucidatio nihil ad intentionem apostoli facere reor? Ait enim, tu fidẽ habes coram te ipso habe coram Deo: Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat: Hoc est credulitatem quam quispiam habet de cibo sumendo apud semetipsum & apud Deum habere debeat: Nam beatus est ille qui non offendit proximũ in eo quod ipse laudat Ac si dicat si tu credis hunc edere cibum tibi nocere non posse vides

Rom. 14 calcem.

tũ fratrẽ tuum in hocscandalizari: noli corã illo co medere: Et sequitur q aũt discernit si mãducauerit damnatus est quia non ex fide idest, si quispiam iu dicat de illo cibo non esse edendum talem habens credulitatem & tamen comedit damnationem incurrit: quoniam contra propriã credulitatem ipse sibi cibum sumit. Et propterea. Apostolus ponit rationem generalem inquiens: omne autem quod non est ex fide peccatum est: Hoc est dictum omne

Phy. quod est contra propriam credulitatem quam vocamus conscientiam peccatum est.

Vera sunt que narras, nec aliter sentiendum esse cõsulero vt perspicuam textus intelligẽtiã sortiamur.

Notula.

Vide Augustinum: libro sententiarũ Prosperi libro tertio ad Bonifacium contra Duas epistolas pelagianorum: cap: 5. libro de spiritu & litera cap. 27. libro psalmorum ps. 31. epistola. 105. ad sixtum presbyterum Romanum.

Contradictio secunda.

His qui manducat non manducantem non spernat. Et qui non manducat manducantem non iudicet.

Di: Rom. 14 Disperiam pater Phylotheæ si mitiorem unq̃ hãc Pauli normã ex sacris didicerim literis: Ait enim ꝙ nemo sibi cibum deligere debet quin potius si quispiam sexta feria carnes comederit nullatenus spernat fratrem suum tali die a carniũ Esau abstinentem: Nec ille abstinens iudicet comedentem. Et hoc quoniam carnes omni die comedere & ab earum esu, semper abstinere bono fine & recta conscientia effici poterit: nihil ominus meum discrutiat animum: quia iam iam, sibi contradi-

ctorius Paulus ipse assurgit:inquiens, qui infir- Rom.14.
mus est olus manducet. Cum tamen de infirmo In principio.
in fide ipse loquat: vt ex primordio textus liquet. Phy.
Allucinaris nempe contradictionem mi Didime
nam hec duo Pauli dicta neutiq; cõtradicunt:quin
primum dilucidat secundum. Astruit quidem qui
infirmus est olus manducet:ac si dicat,si aliquis de
bilis in fide,seu credulitate cõscientie & carnes sex-
ta feria edere noluerit,mãducet olus,de quo certitu
dinem habere poterit ex lege Ait enim.Ecce quasi Gene.5.
olera virentia vniuersa dedi tibi. Hoc namq; pa-
cto quicũq; in manducando christiana potietur li-
bertate: vt quem carnibus vesci ex fide delectat eis 1.Cor.10.
libere vescatur:qui vero ab earũ vsu abstinere de-
creuerit ad libitum abstineat vnde Apostolus om-
ne quod in macellum venit manducate nihil inter-
rogantes propter conscientiam.

Vsq; adeo hac Pauli institutione oblectabat q̃ nõ Di.
nulla excerpta ei cõnectebar clamat Apostolus,nõ Rom.14.
est enim Regnum Dei esca & potus:Et rursus esca 1.Cor.
autem non cõmẽdat nos Deo neq; enim si mãdu-
cauerimus abundabimus neq; si non manducaue- 1.Tomo 4.
rimus defficiemus:Est alibi, omnis creatura Dei
bona est,& nihil reiicindum est quod cũ gratiarũ titũ.cap.1
actione percipitur:Et iterum omnia munda mun-
dis coinquinatis autem & infidelibus:nihil est va
lidum.Quam quidem institutionẽ a Christo Pau Luce.10.
lum didicisse euangelium ostendit,Ait enim,man-
ducate que apponuntur vobis. Itidem non quod
intrat in os coinquinat hominem sed quod exit ab Math.15.
ore hoc coinquinat hominem quid ais Philothee?
laudas ne?

Laude digna et veritate plena hec omnia esse nemo Phy.
est quia ambiguat:quid ergo?

Di: de cõsecratione dist. 5 quadragesimo — Cur itaq; Euangelica Chathedra tot cõsarcinauit precepta de ciborum delectu? & laqueo noxe mortalis ad ea omnia adamusim seruanda illaqueauit? Ac si sãctitas impiscę, et peccatũ ĩ gallina cõsisteret.

Phy. — Obganire studes mi Didyme audi queso, que euãgelium & Paulus ad notarunt de ciborum delectu ꝑmissa quidem sunt, non precepta: ne credas Apostolum authoritate Christi precipere vt vnusquisq; ad libitum cibum sibi assumat: sed in christiana libertate sinit ipse unũquẽq; bono fine & recta conscientia gratum sibi eligere cibum, verũ, rationabili iure concedimus: vt que vno tempore euãgeliũ permissa esse voluit. Ecclesia que est spõsa Christi

Ephe. 5 — sine macula & sine ruga prohibeat, & eodẽ spiritu ab hominibus euitanda iubeat: si ergo euangeliũ ciborum delectũ aliquãdo ꝓlibito permissit, ecclesia

Math. 18. — alias tale permissum lege cõstrinxit cum nempe optemperare tenemur. Ait enim veritas qui ecclesiã non audierit sit tibi sicut Ethnichus et publicanus: Et iterum super cathedram Moysi sederunt scribe & pharisei quecũq; dixerint vobis seruate et facite

ca. vltimo — cui ad stipulatur Paulus ad hebreos dicens, obedite prepositis vestris et subiacete eis, ipsi enim peruigilant quasi rationẽ redituri ꝓ animabus vestris

li. 4. d. simbolo ad cathecuminos cap 10 — Et Augustinus Nec habebit Deum in patrem qui ecclesiam noluerit habere in matrem.

Dῐ boni quid audio? Eo ecclesie afficeris Philothee vt iam iã euangelio obsistas Nõne santiones ecclesie traditiões sunt humane? nõne Petri authoritate sancitũ est vt deo magis q̃ hoĩbus obedia-

Acto. 5. — mus. Cur ergo ecclesie ꝑcipiẽti nos obedire asseris.

Phy.: — Precepta ecclesie in hoc a Dei preceptis distant, vt illa teneamur ad omnino seruanda, alia vero ad non contemnendum, & vt breuibus te assoluã ꝑ-

cepta Dei omnino seruare debemus nec in eis ali-
qua cadit excusatio, inquit, Christus, si vis ad vitã Mat.19.
ingredi serua mandata: precepta vero ecclesie tene
mur ad non contẽnendum, quoniã in eis quoquo
modo excusatio cadere potest, vt si quis infirmitate de
tentus in quadragesima non ieiunet, legitime est
excusatus; si autem ieiunia persoluere potest, et nõ
ieiunat palam contemnit: ille quidem contemnit
qui legitime facere potest, et nõ facit. Clamat enim
Euangelium qui vos audit me audit qui vos sper- Math.10:
nit me spernit. Capis ne mi didime? Luce.10:
Capio ac laudo Deo gratias. Ioann.13.
Di.

Notula.

Legito Augustinum libro: 2. de sermone Domini Di.
in mõte lib. 4. de simbolo ad cathecuminos. cap. 10.
li. ad casulanũ presbiterum Epistola. 83. libro de di
ctis Basili. lib. primo ad inquisitiões ianuarij. cap.
4. Et studiosius uideto libro eodem cap. 1. Augu-
stinum dicentem. Cum Romã venio ieiuno sab-
bato cum Mediolani sum non ieiuno. sic etiam tu
ad quamcunque ecclesiam veneris eius morem ser-
ua. Si cuique non esse vis scandalo.

Ex epistola prima ad Corinthios Capitulo primo.

Contradictio vnica.

Sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem sententia.

Vt perfecte cõueniamus in eodem sensu & in eadẽ Di.
sententia docet Paulus: qui tamẽ superius indul Cor.1.
gentius loquens ait, vnusquisque in suo sensu abun- Rom.14.
det, quod enim vnusquisque in suo sensu licite abun-

dare queat: & omnes in eodem conueniant sensu lõge distare hec duo quicũq; sane mẽtis arbitrabit.

Solutio.

Phy. Rom.14. Disparia disparibus proferuntur vocibus cũ Paulus hanc tribuit credentibus indulgẽtiam vt unusquisq; in suo abundare sensu valeat: de ciborum delectu differebat, fideles enim adhortans ne in primitiua illa ecclesia manducans non manducantẽ: & non manducans manducantem spernendo iudicet: permissum eis esse volens vt unusquisq; pro libito bono tamen fine & recta conscientia sibi cibũ eligat. Dum vero in eodem sensu eademq; sententia eos cõuenire obsecrat: hoc porro efficit ad tollẽda scismata in fide? Ait enim, obsecro autẽ vos fra-

1.Cor.1 tres per nomen domini nostri Iesu Xpi: vt idipm

et terzo: dicatis omnes & nõ sint in uobis scismata: & sequi

1.Cor.1. tur (significatum est mihi de vobis fratres mei ab his qui sunt chloes: quia contentiones sunt inter vos. Hoc aũt dico q; vnusquisq; vestrũ dicit. Ego quidem sum Pauli: ego aũt Apollo: ego vero Cephe: ego autem Xpi diuisus: est Xps. Nũquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? Eos igit obsecrando hortat: vt nullatenus Xpi tunichã scindant: quia scriptũ est: nõ

Ioã 19. Rom.15. scindamus eam sed omnes vnanimes & vno ore unum confiteantur Xpm: sane alibi ait omnes vnanimes uno ore honorificetis Deũ & patrem domini nostri Iesu Christi.

Notula.

Vide Augustinũ libro de pastoribus: libro de predesti. sanctorum et libro Homeliarum super Ioannẽ: Homel. 12. & 47.

Ex Secundo Capitulo.

Contradictio vnica.

Si enim cognouissent nunquam dominum glorie crucifixissent.

Principes & Pharisei Xp̄m Messiam Deū fuisse nullatenus nouerunt teste Paulo. Nam si cognouissent ne unq̄ Dominum glorie crucifixissent: talis tamen ignorantia eos minime excusauit: quatenus Augustinus declarat: ipse tamen Paulus ex consimili ignorantia se ipsum excusatum reddit dum dicit. Qui prius fui blasphemus: & ꝑsequutor & cōtumeliosus: sed misericordiam consequutus sum: quia ignorans feci in incredulitate. Mirum profecto ambo pari ignorantia in infidelitate permanserint. Et phariseis sua misericordia non pepercit Deus: Paulo vero gratiam impartitus est. Di. 1.Cor.2. sermo.8. & lectione 8. Euange: Ioh. lib. 8. de trinita. 1.Ti.cap.1

Solutio.

Non te latere velim mi Didyme, duo esse ignorantiarum genera. Est enim ignorantia quedam qua aliquis sic aliquid ignorat: ut nullo modo habeat vnde illud scire possit: qualis est ignorantia pueri decedentis absq̄ baptismate. Et eius qui nascitur ad ripas Nili. vbi. Xp̄m nec uerbo neq̄ scriptura discere valet. Que quidem ignorātia simplex et inuincibilis nuncupatur. Et testimonio Augustini excusat a tanto non a toto. Alia vero est ignorantia supina crassa seu affectata qua quispiā aliquid nescit habet tamen vnde illud facile scire possit: talis namq̄ phariseorum, nec non Pauli fuit ignorantia: vtriq̄ enim ex lege illud scire poterāt quod ignorabant, precipue Paulus ad gamalielis pedes nutritus. Et hec quidem ignorantia peccatum est. inquit enim Paulus ignorans ignorabitur. Phi: lib. de natura & gratia cap. 4. acto. 22. 1.Cor. 14.

Sed nodum contradictionis adhuc non dissoluis Phylothee: peto enim. Cur Deus Paulo suam elargitus est misericordiam phariseis autem candē de Di.

negauit? si Ambo eodem ignorantie vinculo ligabantur.

Phy. Quoniam Paulus in tali non permansit ignorātia pharisei vero ignorantie tenebris inuoluti ad finem perseuerarunt.

Di. Nonne Christi agnitio fides est? fidem vero nonne Dei donum appellat Apostolus? Igitur Deus ipse

Ephe.2. ignorantiam Pauli deleuit eum lumine fidei inspirādo, phariseos autem ignorantia dereliquit. Deus itaq; Paulo misericordiā impartitus est, quia voluit, non ex eo q; per ignorantiam ipse peccasset. Deus ipse iustus est, phariseos autē in ignorātie te-

Phy Ps. 147 & 48. nebris dereliquit quoniam ipsi illuminari nolebāt. Sed Dei in spirationi assidue obsistebant. Ait .n.

Rom.2. acto.7. Lucas ore Stephani dura ceruice & incircūcisi corde uos semper restitistis spiritui sancto sicut & pātres vestri.

Di. Pueros omnes ex parentibus ortos christianis ad inferna perpetuo damnari dixtin?

Phy. Dixi & redico iam: quoniam Augustinus eos damnationi adscribit dicens: firmissime tene & nullatenus dubites non solū homines, iam ratione vtētes: sed & paruulos qui in matrū vteris moriuntur siue

lib. de fide ad petrū. 27. de matribus nati sine baptismate de hoc seculi trāseunt, ignis eterni sempiterno supplicio puniendos.

Dy. Qua noxa? quo ve peccato tantum passuri, sunt penam? vt pena sit ordinatiua culpe?

Phy. Noxa originali omnes enim per seminariam propagationem ab Adam descendentes in peccato nascimur, & filij ire nuncupamur. Eterna digni morte nisi baptismatis vnda abluti renascamur, inquit

lib. de fide ad petrum cap. 26. Augustinus firmissime tene & nullatenus dubites omnem hominem qui per concubitum viri et mulieris cōcipitur in peccato nasci originali impietati subditum

ſubditum mortiqꝫ ſubiectum. Apoſtolus nāqꝫ dicit: Cauſati .n. ſumus iudeos & grecos omnes ſub peccato eſſe: et rurſus, omnes in Adam peccauerūt. Et alio loco. eramus & nos natura filij Ire. Rom. 2. Rom. 5. Ephe. 2.

Iniquum eſſe arbitror infantes ex ſolo originali pari pena puniri debere. cum his qui multa ſecum detulere mortalia, etiam in penitentes & ſine fide. Di.

Mitiori ardebunt flamma. Immo mitiſſimam omnium penam eos perſoluere ponit Auguſtinus, dānabuntur tamen ignis eterni pena perculſi. Phy. Ench. c. 93. li. 1 de peccatorū mer. & re. c. 16. li. 5. hyppono. cōtra pelagianorum celeſtinia.

Sat habeo: ſed emergit dubitatio de pueris naſcentibus ad Ripas Nili. Ad quos nullatenus Chriſti nomē euolauit: et nec humana uoce, neqꝫ ſcriptura eius fama eorum inſonuit aures: pium enim autumarem inuincibilem ignorantiam eos excuſare.

De iſtorū ſalute, bifariam diſſerere quimus: aut de poſſibili aut de facto: ſi de poſſibili loquamur, non me pudet aſſerere eos ſaluari poſſe. Phy.

Quo nam pacto? eſſare ſi libet ardeo nempe, hoc Archanum addiſcere: Di.

Si eorum quiſpiam bene uiuere ſecundum legem nature poſſet Deus eum ſpecialiter vocare uel interne ad finem uite ſpirando. Sicut illuminauit latronem in cruce pendentem. Aut mouendo eum, ut ad fontem cúrrens, baptiſmatis unda interne ablutus, ab originali purgatus renaſcatur, et uitam adipiſcatur eternam. Sic Cornelium centurionem inſpirando mouit: ut Petrum ex Ioppem accerſitum ad baptiſma rogaret. Hoc pacto lidiā purpurariā feminam Deum colentem ipſe monuit & cor eius aperuit Pauli verbis intenta in baptiſmate mortem cōmutaret cum uita. Nec aliter Eunuchum Regine candacis inſpirando compulit: ut a Philippo baptiſmum expeteret. Phy. Luce. 23. Acto. 10. Acto. 15. Acto. 8.

Li. de fide ad petrum cap. 38. Si vero de facto ratiocinari uelimus. Eos omnes cũ Augustino damnatos dico. Ait enim Augustinus. Firmissime tene et nullatenus dubites, oẽs homines qui extra ecclesiam presentem finiunt vitã. In eternum ignem ituros: qui paratus est Diabolo & Angelis eius ueritas profecto clamat. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non poterit intrare in Regnum celorum: & iterum. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Qui vero non crediderit condemnabitur.

Math. 25. Ioan. 3. Mat. ultio.

Cl. Nonne ignorantia illa simplex & inuincibilis iure eos excusatos reddere deberet?

Phy. Minime debet. Quoniam huiusmodi ignorãtia teste Augustino non est peccatum. Sed nescio quo iusto Dei iudicio nobis occulto datur a Deo homini in penam peccati. Et hoc est Deum hominem obcecare, idest non illuminare: sed deserere in his ignorãtie tenebris. Hoc quidem deprompsit. Apostolus dum dixit. Quicunq; enim sine lege peccauerũt sine lege peribunt, et quicunq; in lege peccauerunt p legem iudicabuntur. Itidem ignorans ignorabitur.

Ad sextum to. epistola 105. lib de natura & grã cap. 4. Esai. 6. Rom. 2. 1. Cor. 14.

Di. Non quiescam profecto: donec mihi attesteris: talẽ ignorãtiam aliquo pacto eos excusare: negas ne pater Philothee?

Phy. Quo nam pacto negare audeam, quod ex Euangelio luce lucentius nobis elucescit? Ait Christus. Seruus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, vapulabit multis. Qui autem nõ cognouit et fecit digna plagis, vapulabit paucis. Ob id Augustinus rite sentit. Dum huiusmodi ignorantiam excusare a tanto adstruit?

Luce. 12. Li. de natura & gratia cap. 4.

Notula.

Vide Augustinum libro primo de Trinitate sermone de lectione Euangelij Ioannis libro de natura &

gratia cap.4.libro psalmorum.ps.10.47.& 118. libro de fide ad Petrum cap.26.& 27.Et lib.Enchy. ca.93.lib. de peccatorum meritis & remissione ca. 16.libro.5.Hypponosticon,cōtra pelagianos et Celestinianos libro de fide ad Petrum ca.38.& ad Sixtum Romanum Epistola 105.Necnon vt rite callere valeas,phariseos ex ignorātia crassa in Christū peccasse: porrige aures Petro clamanti:actuum c. 3.: Scio ꝙ per ignorantiam fecistis fratres sicut & principes vestri.

Ex Tertio Capitulo.

Contradictio Vnica.

Si quis super edificauerit super fundamentū hoc aurum argentum, lapides preciosos, lignum, fenum, stipulam, vniuscuiusq; opus manifestum erit:dies.n.Domini declarabit:quia in igne reuelabitur: Et vniuscuiusq; opus quale sit ignis probabit.Si cuius opus manserit quod super edificauit,mercedem accipiet:si cuius opus arserit,detrimentum patietur ipse autem saluus erit:sic tamen quasi per ignem.

Hac assertione Paulum asserere videre videor. Di
Quempiam super Christum fundare posse opera 1.Cor.3. Matt.4.
vsq; adeo digna igne:vt ea ignis cōburendo expurget:et operans sit saluus.At Christus ex aduerso in Luc.6.
Euangelio nos docet, ꝙ ille edificat super firmam

petram (que ipse Christus est) qui dicit se uelle con
1. Cor. 10 seruare legem et eam (vt dicit) ex fide obseruat: lex
autem seruata in fide igne exuri non debet, quoniã
Ioan. 5 ignis peccato paratur. Igitur super Christum non
possunt edificari a nobis opera igne expurganda.
Cuius oppositũ declarat Paulus Quo me veram
nescio pater Philothee: nisi tue sapientie lumine ue
ritatis iter secernere queam.

Phy. Eo argute dubitas mi Didime, tãtaq; solertia ex sa
cris literis contradictionem excerpis. vt vix respõ
1. Cor. 3. sa tibi prestare sciam. Nihilominus perpendas que
so. Augustinum in dilucidatione huius textus non
mediocriter elaborasse. prius namq; falsam quorũ
dam comentationem ipse repellit. Qui per Aurũ
Argentum & lapides preciosos, bona opera in fi-
de per dilectionem operantẽ operata intelligunt:
per lignum fenum, & stipulam, peccata mortalia,
q̃ quispiam in fide debili ac infirma operatur, in-
telligi debere volunt: asserentes illa peccata funda
ri in Christo: & licet per penitentiam hic deleta nõ
sint: In alia tamen vita igne expurgabũtur ut quã
uis in mundo scelerate viuat: nec peccasse eum peni
tuerit, dummodo in Christum credat per ignem ta
men ibi saluus erit.

Que quidem opinio duo adtulit comentitia & fal
sa primum est q; peccata mortalia fundantur su-
per Christum, secũdum vero q; peccata mortalia
que nec efficiuntur uenialia per penitẽtiam: sed du
rantia ad finem vite cum finali in penitentia: ibi re
mittantur ac si sola fides ad salutem sufficiat: Cum
cap. 2. tamen Iacobus oppositum sentiat nunquid fides
poterit eum liberare? quasi dicat non: quia fides si-
ne operibus mortua est.

Di. Nõ iniuria hercle hanc opinionem explosit Augu

ſtinus undiq; erroribus eam repletam intueor. Sed qualem ipſe huic textui adaptauerit dilucidationẽ: ſcire ardeo pater Phylothee.

Phy. Bifariam verba Pauli interpretari cõſueuit Auguſtinus primo enim per aurum argentum & lapides precioſos bona opera in fide perfecta intelligenda cenſet. Que quidem ignis purgamine non indigẽt per lignum fenum & ſtipulam peccata illa leuia et minuta ſine quibus preſens hec vita eſſe nõ poteſt (vt ipſemet aperiẽdo declarat) que nos venialia appellitamus. Ex ſcriptura Ioannis dicentis: ſi dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus: et veritas in nobis non eſt). Auguſtinus idẽtidem concipit: per ignem vero tribulationes huius mundi nos intelligere docet. Quoniam ſcriptum eſt vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tẽtatio tribulationis. Si huiuſmodi Auguſtini interpretationẽ admittimus, nulla eſt contradictio, quã excitaueras Didyme. Nempe euangeliũ adſtruit ſu per Chriſtum ſolum bona opera operata in fide ſũ dari debere, quod itidem Paulus ipſe ponit.

lib. Ench: cap. 67. li: 21. de ciui: dei. cap. 20 & 21.

lib. Ench: cap. 70

1. can. ca: 1

Eccle. 27

Di: Narra obſecro ſecundum Auguſtini interpretationẽ vt frugifera tua ſplendeat minerua.

Phy. Auguſtinus enim totum in doctrina Pauli ſeipſum colligens: fatetur per aurum, argentum: & lapides precioſos, opera ex viua fidei radice exoriẽtia intelligere: per lignum fenum & ſtipulã, opera bona cõcomitantia crimina mortalia per penitẽtiam tamẽ effecta uenialia: per ignem autẽ ignem purgatorũ in alia vita nobis oſtẽdit. Ac ſi dicat Apoſtolus, q̃ ſi quiſpiã fidelis ex fide bona operatur: & ex fragilitate aliqua cõmitit facinora, que mox per penitẽtiam delet, ad ſimilia ſcelera: nullatenus delabi ſperans, ſed a Dei miſericordiam confugiens: vt nõ la

lib: Ench: c. 68. lib. 2 de ciui dei cap. 21.

batur iterum exorat. Per ignē quendam purgatoriū expurgatus saluabitur: merito fūdamēti quid est Christus. Quod si talem uerborum Apostoli intellectū esse arbitremur: adhuc tua contradictio ruit: Quoniā peccata mortalia: que fidelis patrauerat: multis bonis ad mixta operibus, merito Christi per penitentiā effecta sunt venialia. Ait enim penitentiam agite appropinquabit in uos Regnū celorum. Et hoc pacto peccata edificari super Christum inteligit Paulus: Capis ne?

Matth. 3.

Notula.

Legito Augustinum lib. Enchyr. cap 66. 67 et 68. libro. 21. de ciuitate Dei. cap. 20. & 21. lib. psalmorū ps. 37 & 80. libro de fide et operibus lib. Hom. 16. & pondera dictum eius de igne purgatorij lib. de vera & falsa penitentia. cap. 17. Hic enim ignis etsi eternus non sit miro tamen modo cruciat excellit enim omnem penam quam vnquam aliquis passus sit in ista vita: quod si quispiā obganiens hunc librū nō esse Augustini dicere audeat, licet temere sit diffinire: Adde tamen excerptum libro. 21. de ciuita. Dei. cap. 24. Aliqui in christo renati nō vsque adeo male uixerunt. Vt Dei misericordia habeantur indigni. Nec tamen sic bene ut inueniantur tali misericordia non egere. Tales enim costat ante iudicij Diem per penas temporales quas eorum spiritus patiūtur expurgatos eterni ignis supplicio nō tradendos. Hec Augustinus ille.

Ex quinto capitulo.
Contradictio prima.

Ego quidem absens corpore, presens autē spiritu. Iam iudicaui ut presens, cum

qui ſic operatus eſt: in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Congregatis vobis, & meo ſpiritu cum virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti. tradere huiuſmodi hominem Sathane in interitu carnis. ut ſpiritus ſaluus ſit in die Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Excommunicationem Paulus molitur in fornicatores tradens eos à ſathana puniendos in corpore. Quod quidem Chriſti diſſoluere Euangelium palam oſtẽdit. Lucas enim, ſcribit, ꝙ ciuitate ſamaritanorum nolente Ieſum recipere. Iacobus & Ioãnes dixerunt, Domine uis, vt dicamus vt ignis deſcendat de celo & conſumat illos? Qui dixit eis, ne ſcitis cuius ſpiritus eſtis: filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare. Cur ergo Apoſtolus vitas hominum perdere intendit? Ac ſi Chriſto parere contemnat. Solutio. Di 1 cori. 5. cap. 9. Phy.

A fine omnia denominari, equũ eſſe arbitror. Dũ enim diſcipuli ignem de celo imprecãtes, in ſamaritanos deſcendere cupiebant. Hoc effici volebant, vt ipſi perderentur Chriſtus autem peccatorum ꝑditionem non diligit quoniam ſcriptum eſt. Deus non vult mortem peccatoris, ſed ut magis conuertatur & viuat: Cum vero Paulus flammigerum excõmunicationis gladium euaginauit: non ad perditionẽ hoc efficit quin potius ut timor eis immitteretur, & a ſceleribus reſpiſcerent. Quod quidem euangelium inhibuiſſe nullatenus comperire poterimus. ꝙ autem hic finis ad excõmunicationem Paulum impulerit; ex decurſu textus limpidiſſi- Ezec. 18.

me cernimus: Frameam nempe Anathematis in
1. Tim. 1 Hymeneum & Alexandrum a fide apostatātes, uibrans, Apostolus ait: quidam circa fide naufragauerūt ex quibus est Hymeneus, & Alexāder, quos tradidi sathane, ut dicant non blasphemare. Et est vt dicat non vt pareant: sed ut ab infidelitate que
Agu. lib: blasfemia spiritus. spiritus blasphemæ est, resurgant timore perculsi.
Di. Vsq; adeo a nugis te alienū intueor, vt assidue sciē di cupidine in me dubitatio increbrescat: Audi queso si libet: Hoc mihi se offert dubium quoniam euangelica cathedra excōmunicandi iura temere sibi arrogauit. Nam Christus nullibi eis concessit, quin ut omnes saluos reddere nitantur: & neminem perite sinant, ipse iubet.

Phy. Ad hoc anathematizandi potestatem Apostolis
Mat. 18. Christus ipse tribuit vt timore preteriti fulminis
Ioan. 20. actu peccatorum illecebras abdicent, & in uiā salutis bona operantes in fide dirigantur: Ait enim si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, et publicanus: & alibi. Accipite spiritum sanctum quorū remiseritis peccata remissa sint, & quorum retinueritis retenta sint. ligat enim & soluit sacerdos dum
li. 3. de ca. paruulorū cōtra donatistas ca. 3 lib. de verbis dñi sup Matheum serm. 16. peccata dimittit ut minister Christi vel non dimittēda iudicat. Ac etiam ut Augustino placet dū excommunicat & excōmunicationis uinculo innodatum absoluit.

Di. Sed euangelium ostēdit excōmunicationem: in quem piam ferri non debere nisi ille ex inobedien-
Mat. 18. tia contumatiā incurrat inquit Christus si ecclesiā non audierit sit tibi sicut ethnicus, & publicanus hoc est fideliū cōmunione abscisus: verū etate nostra inoleuit, ut pro leuissimo vnusquisq; sententiam ferat excōmunicationis, frequens enim est huiusmodi percussio in ecclesia Dei.

Vera sunt que narras mi Didyme: nempe si omnes Pauli epistolas percuremus, ter tantummodo Apostolos excõmunicasse & pro graui ac enormi crimine comperiemus. Phy.

Que nam crimina: dic sodes pater Phyloteæ? Di.

Prĩa ad Corinthios publicos excõmunicauit fornicatores. Ait enim omnino auditur inter uos fornicatio: Et talis fornicatio qualis nec inter gentes: ita ut uxorem patris sui aliquis habeat: prima uero ad Thimotheum. Apostatantes a fide a fidelium cõmunione excludens, sathane cruciandos in corpore tradit dicens. quidam circa fidem naufragauerunt. Ex quibus est Hymeneus et Alexãder quos tradidi sathane, vt discant non blasphemare. Phy. cap. 5. Cap. 1.

Ad Galathas autem falsam doctrinam populo fideli predicãtes, anathematizat, inquiẽs, si quis vobis euangelizauerit. aliter ꝙ̃ euangelizatum fuerit, Anathema sit. Cap. 1.

Libenter abste discerem sapiẽtissime Phylotheæ, si omnes sacerdotij fungentes munere, equa excõmunicandi gaudent potestate. Di.

A Petro omnes dependere adstruit. Augustinus. ipse namque est episcopus episcoporum nec iniuria quidem. Ei nanque singulariter dictum est: tu vocaberis cephas. Hoc est, Petrus: qui & firmus, qualis quidem firmitas antesignanum decet. Et rursus, tibi dabo claues regni celorum. Necnon et alibi, pasce oues meas. Ob id. Augustinus ipse concludit. illud idem nunc efficere ecclesie Christi excõmunicationẽ, quod in veteri testamento corporis interfectio agebat ibi enim pro enormi crimine morte corporis dignus efficiebatur, qui modo eodem crimine fidelium contubernio priuatur. Ipse identidem asseuerat. Episcopũ et presbyterum pares esse Phy. Lib. Home. super Ioann. Homel. 14. Ioan. 1 Mat. 16. Ioan. 21. Li. questi. veteris & noui testamenti, sup Deutero. quest. 39.

Ep̄ſa ad Hieroni. lib. q. veteris et noui teſtamẽti. queſt. 101. officio, dignitate vero, et authoritate lõge impares Ad Hyeronimũ namq; ſcribens, ait. Quamq̄ epiſcopus maior ſit preſbytero Auguſtinus tamen minor eſt Hieronimo.

Notula.

Vide Auguſtinum libro. 3. de baptiſmo paruulorum contra donatiſtas hereticos cap. 3. libro de uerbis Domini ſuper Mattheum ſer. 16. lib. Homeliarum ſuper Ioannem. Homel. 124. libro queſtionũ veteris et noui teſtamenti, ſuper deuteronomiũ queſt. 39. epiſtola ad Hyeronimum preſbiterum. lib. etiam queſtionum veteris & noui teſtamenti queſt. 101. nec non ponderat dictũ Pauli, prima ad Corinth. c. vltimo Anathema maranatha abſciſus in aduentu Domini.

Contradictio ſecunda.

1. Cor. 5. Nunc autem ſcripſi vobis non comiſceri fornicarijs ſi is qui frater nominatur inter vos & eſt fornicator: aut auarus: aut idolis ſeruiens: aut maledicus: aut ebrioſus: aut rapax: cum eiuſmodi: nec cibum Sumere.

Di.

Ioan. 15. Chriſtus dicit: Exemplum meum dedi vobis: vt quemadmodum ego feci: ita & uos faciatis. At ipſe cum publicanis & peccatoribus edebat. Nihilominus Paulus precipit: uſq; adeo ſcelerate viuentium
Math. 9 contubernium nos euitare debere: vt nec cum eis cibum ſumamus. Quis enim non obſtupeſcat, dũ Paulus contra Xp̄i normam nos illaqueare diſcernat?

Solutio.

Dixi iam:en audisti Didyme, hominum acta de bito fine nos metiri debere: quoniam potior actus moralis circunstantia finis extat. Xps itaq; cum publicanis & peccatoribus manducabat, vt eos ad penitentiam redigeret. Ait enim non veni vocare iustos sed peccatores ad penitentiam. Et hoc fine licet quidẽ prophanis cõmisceri: neq; hoc prohibet Apostolus: sed christicolas impie sceleratecq; viuẽtes nos euitare docet: eos inq̃ de quibus nulla est spes conuersionis. Et quos obstinatos in facinoribus clare nouerimus. Phy. Mat. 9

Edissere (si libet) Philothee. An fratres inordinate viuentes nos euitare debere alias ipse Paulus edocuerit nec ne? Dy.

Ad Thesalonicenses inquit Apostolus denunciamus vobis fratres ĩ nomine domini, vt subtrahatis vos ab omni fratre inordinate ambulante. Et ibidẽ si quis non obedierit verbis nostris per epistolam hunc notate, & nõ cõmisceamini cum illo: vt cõfũdatur. Alibi vero idem firmat dicens, erunt homines sese amantes: elati cupidi: superbi: blasphemi: parentibus non obedientes: ingrati: scelesti: sine affectione: sine pace criminatores: incõtinentes immites: sine benignitate. proditores: proterui: tumidi: & voluptatum amatores, magis q̃ dei: habentes quidem speciem pietatis: virtutem autẽ abnegantes., & hos de vita. Ibidẽ, Alexander Erarius multa mala mihi: prestitit: quem de vita. Et alio loco. Hereticum hominem post vnam & secundam monitionem de vita. Phy. 2. Can. 3 2. Tess. 3 cap. 2. Timo. cap. 3 Titũ. c 30

Sed quid sibi volunt illa verba Pauli. Nõ capio. Dum enim inobedientes Euangelio euitandos docet: Infert: nolite tamen quasi inimicum existimare illum, sed coripite vt fratrem. Nam q; quispiã Di. 2. Tessaloni. ca, 3o.

cum illo cōmisceri non debeat: & tamen eū vt fratrem corripere teneat: non mediocrem nobis ingerit difficultatem.

Phy: ps.54 Non ab re dubitas. Audi tamen quid Augustinus dicat. Nolite quasi inimicum existimare illū. Hoc est: nolite in eum irasci iracundie pernitie: sed amate eum: et ex amore charitatis corripite eum vt fratrem: q̄ si non corrigatur: tanq̄ fumosus euitādus

Leui.19 erit: amorem tamen ab eo nullatenus subtrahere debemus: quia scriptum est, Diliges proximū tuū sicut teipsum.

Notula.

Videto Augustinū libro 7. de baptismo paruulorum. libro contra Faustum. 20. libro psalmorū. ps. 54. & 72. lib. quest. veteris testamēti. Et Deutero. cap 29. & tenui vngue deligas dicta Pauli. Prima ad Thessalonicenses. cap. 5. Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos: consolamini pusillanimes: suscipite infirmos: patientes estote ad omnes videte ne aliquis alicui malum pro malo reddat. que omnia Augustinus Idētidem intelligenda esse autumat libro de fide & operibus: libro de natura & gratia, cap. 16. de his: quos ad penitentiam posse reduci speramus: & nullatenus ad obstinatos, hec charitas officia exercenda sunt.

Ex sexto capitulo.

Contradictio prima.

Omne enim peccatum quodcunq̄ fecerit homo extra corpus est: qui autem fornicatur in suum peccat.

Di: 1.Cor.6 Nullum peccatum corpus peccantis offendere adstruit Paulus. Fornicationem vero corpus & ani-

mam simul demolliri scribit. Nihilominus Paulus ipse ebrietatem admodum detestatur dicens Nolite inebriari vino ī quo est luxuria. Et hec qui dē corpus eneruat scribitur nempe de gulosis. Hi sunt in epulis suis macule conuiuantes: sine timore semetipsos pascentes: nubes sine aqua: que a uētis circōferentur. (hoc est) ebrietates sectantes: sunt & ipsi maculati: & alios maculantes undiq; peccatorū ventis agitantur: velut nubes que rore carēt. Igitur non sola fornicatione humanum languet corpus: sed etiam gula. Ephe. 5 Prouer. 20. Iude apostoli epist.

Solutio.

Phy. Nunq̄ hoc ignoraui: q̄ tria peccatorū genera corpus humanum eneruare solent, qualia quidē sunt fornicatio: gula: & auaritia. Si autem Paulus solum fornicationem corpus fornicantis dirimere asseruit. Hoc specialiter intelligendum esse reor. tum quoniam radicale humidum ex frequenti fornicatione exhauritur: & humanum corpus labascit: nā animalia nimis coeuntia citius senescunt. Tum quia fornicator corpus propriū in alterius seruitute exponit. Ait enim Apostolus. An nescitis quoniam qui adheret meretrici unū corpus efficitur? 1. Cor. 6

Di. Bellus homo es me Hercule: sed unum mihi in mentem venit: quod si cuiuspiam offendat aures: veniam peto: nonnunq̄ opinatus sum fornicationem valde humano corpori conducere. Paulus enī dicit: melius est nubere q̄ uri: ex longa itaq; seminis retentione, vltra id quod debet humanus sanguis efferuet. Et languescens corpus exuritur: quod quidē postea per fornicationē refrigeratur. Quid pater Phylothee? 1. Cor. 7

Phy. Vtinam quempiam mecum ridentem haberem. An sophisticas ne portunitates euadere nescis? ar-

Ex ēpla. rige aures Didyme: talpa profecto ceca dicitur, nō secundum ꝙ talpa: sed inquantū animal: consimiliter vinū pānum balneat: & manus hominis infrigidat: non enim in eo ꝙ vinum: verum in eo ꝙ corpus fluidum & humidum: sic etiam fornicatio corpori humano refrigeria aliquando prestat: non inquantum fornicatio. sed inquantum ipsa est coitus species: non solum qui fornicatur carnis stimulum comprimit: sed magis qui vxori cōiungitur. Quā obrē vxorem ducas: vt tuo cōducas corpori: et animam que pluris est ad tartara non demergas: inqt

1. Cor. 7. Paulus: vnusquisqꝫ sua, vxorē habeat & unaqueqꝫ suum virum propter fornicationem.

Di: Sacerdos sum: ob id vxorem ducere prohibeor.

Phy. Abstineas ergo.

Rom. 7 Di. Abstinere nequeo: & tamen vellem: nēpe velle

32. distin. ca: placuit adiacet mihi perficere autem non inuenio.

37. c. pᵬy teris. Phy. Roga. vt possis clamitat nēpe sapientia. et cū

Cap. 8. sciui ꝙ nō possum esse continēs: nisi Deus det. Adii

Lib. 10. Dominum & deprecatus sum eum. Et Augustinus

confessio. eius imitatus voces dixit. Domine continentiam iubes: da quod iubes: & iube quod vis.

Di. Milies rogaui: nec axaudiuit me Deus quid faciam miser?

Phy: Tu te decipis mi Didyme: si enim sepius in fide ro

Lib. 2. de gasti, continens esse potes: si voles: ait Augustinus.

adulterinis coniugijs ca. 20. Di Quid si me impotentem experiar?

Phy. Tu deciperis: vide iam: si populi totius violentia ad castitatem seruandam cogereris: mortis terrore perculsus: non ne ab omni veneris excitatione abstineres?

Equidem vi abstinerem vt mortem effugerem.

Di. Phy. Ergo potes: corporee mortis timore incusso. Cur ergo te impotentem excusas? facilius enim pote-

ris, Deo adiuuante, ne eterne mortis damnationem incurras.

Age vt possim an non? Deus scit: sed non ne satius esset nubere quam vri? Di.

Nequaquam, Ait enim Apostolus bonũ est eis si permanserint sicut & ego. Nam quantum ex Augustino didicimus: nuptijs ipse copulatus non erat: sed matrimonio coniunctus fuerat in castitate viduali Xpo deseruius: secundum beati Ignatii opinionem in Epistola ad Ephesios. Quãuis beatus Ambrosius sermone de Paulo: eum virginem predicet. Et rursus blandis vocibus clamat Apostolus: Bonum est homini mulierem non tangere: & iterum mulier innupta cogitat que domini sunt quomodo placeat Deo: mulier nupta cogitat que domus sunt: quomodo placeat viro. Phy. 1. Cor. 7. Lib de viduitate li. de gra & lib. arb. ad valẽtinũ lib. de bono perseuerantie. 1. Cori. 7.

Paulus enim neutrum ibi Christi authoritate precipit, sed ad vtrũque consilium prebet: dicit enim de virginibus preceptum domini non habeo, cõsiliũ autem do. Solo igitur ecclesie precepto nos sacerdotes ad matrimonium illegitimi effecti sumus: notant patrũ decreta: nullũ facere Diaconẽ episcopi presumant: nisi qui se castum promiserit. Nõne magis populo fideli conduceret, vt Euangelica Cathedra sacerdotes libertate donaret. Et preceptum illud rationabili causa exploderet? Di. 1. Cori. 7 28. distin. c. nullum.

Oremus in pace Ecclesie vt fiat in nobis Dei voluntas: nos enim homines sumus. Ob id nescimus sepius quid petamus. Phy. Matth. 6.

Notula.

Vide Augustinum libro quest. veteris et noui testamenti quest. 127. lib. quest. leuitici. 8. lib. psalmorũ. ps. 77. 2. libro de adulterinis coniugiis. cap. 20. libro de viduitate, libro de gratia & libe. arbitrio ad.

Valentinum libro de bono perseuerantie.

Contradictio secunda.

Omnia mihi licent: sed non omnia expediunt.

Di. Mat. 19. Multa homini non licere docuit Xps. Dum enim pharisei expeterent, an liceat viro libellum repudij dare vxori? Respondit, nullatenus licere: ni ob fornicationem: vxorem dimittere. Et cum rursus eum interrogarent: an liceat tributum dare Cesari dixit, non licere alicui tributum ei denegare. Nec aliter Euangeliũ ex precursoris edicto clamat in Herodem Antipam dicens: non licet tibi ducere vxorem fratris tui. Nihilominus, Paulus omnia sibi licere asseruit: quãuis multa ei nõ expediãt: mirabile dictũ: vt Xps nõ omnia homini licere sentierit, Paulus vero omnia sibi licere dicere nõ vereatur.

(Margin: Mat. 22. — 1. Cor. 6 & 10.)

Solutio.

Phy. Si quis verba Pauli sicco vestigio transire dispo nat: facile in erroris abyssum delabet. Non equidẽ tantum sibi arrogat Apostolus: ut omnia facere: sibi licere presumat soli enim Deo quodcũq; voluerit facere licet. Ait enim. An non licet mihi facere quodcũq; volo? Dum itaq; huiusmodi deprompsit uerba, de ciborum delectu differebat: ac si diceret: omnes cibi mihi conueniunt: & nullus ciborum diuina lege mihi interdicitur: tamen non omnes cibi mihi vtilitatẽ afferunt: quoniam si ex alicuius cibi esu frater meus scandalizatur: profecto ille mihi non cõducit quin valde nocet: talem verborum intellectum ex decursu textus elicit Augustinus subdit nẽpe Apostolus. Omnia mihi licent. Sed ego sub nullius redigar potestate. Esca uentri venter escis: Deus aũt hũc et has destruet: hoc est de omnibus

(Margin: Mat. 20 — Libro de moribus Eccle. ca. 33. lib. ad Pallẽnam — 1. Cori. 6.)

bus cibis, Edere mihi licet. Verum nullius cibi efficiam me seruum cum proximi scãdalo: quãuis.n. esca ventri debeat naturaliter: & vẽter escis: nihilo secius cum aliquis fratris suis scandalo comedit: Deus destruit ventrem et escas. Et alibi ait. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: inferens, omne quod in macellum venit manducate: nihil interrogantes propter conscientiam: quod est dicere mãducate de omnibus carnibus: que in macello uẽduntur. Nec aliquid de ciborum delectu discutiatis: propter conscientiam ad stantium: ne eis ex ciborum esu scandalum inferatis. 1. Cor. 10

Non me latet profecto, talia literarum preludianos exercere, vt dicamus, neminem ad temporale ieiunium diuino iure obligari. Hoc enim innuit Apostolus. Dum dixit omnia mihi licẽt. Et Augustinus declarat ad Casulanum scribens. Quibus autẽ diebus non oporteat ieiunare: & quibus oporteat precepto Domini: uel Apostolorum: non inuenio definitum: cur ergo Euangelica Cathedra nos ad ieiunia quadragesimalia: ac temporalia illaqueauit? Augustini monimenta tibi ad mentem ducam mi Didyme: nec aliud cuipiam consulendum censeo. Ait enim in his rebus de quibus nil certi statuit scriptura diuina: mos populi Dei: vel instituta maiorũ pro lege tenenda sunt. Et subdit identidem. Episcopo tuo in hac re noli resistere: & quod ipse facit sine vllo scrupulo vel disceptatione sectare. Et iure quidem. Nam Xps dicit. Qui Ecclesiam nõ audierit sic tibi sicut Ethnicus & publicanus. Et alibi: qui vos audit me audit: qui vos spernit me spernit. Di. 1. Cor. 6. & 10. Bpl'a. 86 Phy. Episto. 86 ad casulanum. Mat. 18. Mat. 10. Luce. 10. Ioan. 13.

Notula.

Legito Augustinum libro de moribus Ecclesie, ca. 33. libro ad Pollentiam: ad Casulanum Epistola.

86. & libro primo ad inquisitionem Ianuarij. cap. I.
Ex septimo Capitulo.
Contradictio vnica.

1.Cor.ca.7 Si quis frater vxorem habet infidelem. Et hec consentit habitare cum illo non dimittat illam. Et si qua mulier habet virum infidelem. Et hic consentit habitare cum illa non dimittat illum.

Di. Suadere credentibus enititur Paulus. Talem nos a Domino indulgentiam consequutos: ut maritus fidelis & uxor infidelis consimiliter uxor fidelis et vir infidelis cohabitare licite valeant verum oppositum precipere ostendit, dum dicit. Siquis non obedierit uerbis nostris per epistolam, hunc notate et non cõmisceamini cum illo: quod itidem Ioãnes Apostolus uerbo firmauit, inquiens, siquis venit ad uos & hanc doctrinam non affirmat, nolite eum recipere in domo nec Aue ei dixeritis: Infideles autem omnes Christi doctrinam respuentes, euangelio non obediunt ergo cum eis fideles minime conuersari deberent: nec fidelis cum infideli cohabitatio licita conceditur.

2.Thess.c.3

2.Canon: cap:

Solutio.

Phy. Nullam nempe Apostolica scriptura patitur contradictionem. Dum. n. precipit cũ infidelibus fideles non comisceri, nec Aue eis dicere, neq; grata p̃stare hospitia, de obstinatis infidelitate ipse decernit: de quibus vt conuertantur nulla porro fidelibus remanet spes: cum vero suadet Apostolus cõiugibus cohabitationem quorum alter ad fidem euolauit. Alter vero in infidelitate perstetit: tunc licere adstruit, quando per fidelem coniugem in fi-

Augu. lib de nã et grã cap 16. li de fide et operibus.

delis saluari poterit: Hoc nanq; pacto Sysinius p̄ Exempla.
Theodorā vxorem, que Christum amplexata fuerat ad fontem cucurrit, Rome, clementis tempore: sic Cecilia virgo Christi valerianum virum infidelem ad fidem traxit: qui vt fertur a sene vrbano baptizatus fidem ad finem seruauit. Et hunc esse finē huiusce cohabitationis ostendit Paulus dicens, san 1. Cor. 7
ctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem. Et sanctificata est mulier infidelis, per uirū fidelem: Hoc est sepius contingit, q̄d uir efficitur sanctus et mundus a peccato p̄ vxorem: Et nonnunq̄ uxor infidelis infidelitate explosa, uiro fideli suadēte & ipsa sancta efficiturper fidem. Et subdit, Vn̄ enim scis mulier si uirum saluum facies? aut unde scis vir si mulierem saluam facies? ac si dicat unus alterum expellere non deberet, licet cultus disparitas uos possideat: quoniam tu uir ignoras, ante ut instrumento utatur Deus ad uxoris tue conuersionem: pariformiter & vxori ipsa ignorat.
Sed verba. Pauli alio tendunt, volens enim ipse Di/
huiusce cohabitationis fructum patefacere, inquit. 1. cor. 7
Aliqui filij uestri immundi essent, nūc autem sancti sunt. Et est vt dicat, debetis simul cohabitare, ut gignatis filios sanctos idest mūdos per baptisma: igitur fidelis, & infidelis, matrimonialiter cōmisceri possunt, ad liberorum propagationem. Et tamē 2. cor. 6
fidelem cùm infideli contrahere prohibet Paulus, dicens Nolite iugum ducere cum infidelibus: quę enim participatio lucis ad tenebras? aut quę pars fidelibus cum infideli?
Sub oscura Pauli dictata facile sacros codices non Phy.
callentes ad errorem inducunt. Audi queso Didyme: non loquitur Paulus de liberis gignendis, sed de filijs genitis; Et eius verborum intellectus ta-

lis extat: si vir fidelis dimittat vxorem infidelem, vel vxor fidelis virum infidelem cohabitare volentem, filij quos ipsi genuere, efficientur infideles, sequentes partem maiorem: Nam infidelium numerus tunc temporis fideles satis excedebat: si autem pacifice cohabitare disponant filij geniti ab eis, ad baptisma facile confluent: Altero parente eorum fidem per baptisma procurante altero vero ad huc consentiente: sicut in cohabitatione & ipse consentit: Namq; si fidelis & infidelis matrimonialiter cōmisceri posset: inter infideles matrimonium celebraretur: quod non concedit Paulus, ait enim, sacramentum hoc magnum est, dico autem in Christo & in ecclesia.

Angu. ad Polentiam et in epistola ad publicolam.

Ephe. 5

Di. Gene. 41 Nihilominus scriptura laudat connubia nonnulla. Quibus fideles cum infidelibus coniuncti sunt. Ioseph enim fidelis ansench filiam Phutiferis matrimonio sibi copulauit: Hester autem fidelis Assuero Ethiopie Regi desponsata est. Et ipse legislator Moses filiam ietro sacerdotis Madian qui gentilis erat in vxorem delegit: quo sit, vt videns illam pueri circuncisionem in virum suum in vehecta dixerit, sponsus sanguinum tu mihi es.

Hester. 2

Exo. 2

Exo. 4

Phy. Esdre. lib. 1. cap. 9. & 10.

In lege nature ac Moysis fidelem cum infideli contrahere non erat prohibitum. Nisi cum alienigenis de semine Chanaan: Euāgelium vero sine fide Deo placere neminem posse, asserens: talia inhibuit connubia.

Notula.

Vide Augustinum libro de natura & gratia ca. 16 libro de fide & operibus epistola ad publicolā. ad Pollentium libro. 3. ad Marcellinum legito libro de Heresibus, cap. 26. ubi Augustinus ipse declarat, qualiter authores secte cathafrigum extitere, montanus tāq; paracletus, et prisca & maximilla velut

prophetisse qui secundas nuptias spernebāt, et lib. eodē.ca.82. Iouinianorum sectam a Iouiniano quodam monacho originem traxisse patefacit. Qui marie virginitatem destruere impie enitens, matrimonium virginitati preponebat.

Ex Octauo Capitulo.
Contradictio Prima.

Scientia autem inflat, charitas vero edificat.

Si scientia inflat (vt ait Paulus) cur inter dona spiritus sancti eam ipse enumerat? dicens. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientie, alij autem sermo scientie secundum eundem spiritum. Ac si spiritus qui Deus est: tanti mali in homine author esset: vt ei aliquid quo ipse inflaret, tribueret. Quorsum etiam ignorantiam vsque adeo ad terram deiecit: vt asserere ne vtique dubitauerit. Ignorans ignorabitur? & rursus ignorantiam detestatus, aiebat: eius causa ad peccatum īfidelitatis se delapsum, dū Christi Ecclesiam impie persequeretur. Cur Petrus itidem in tantum indoctos vituperatur: ut eos peruersores sapientie appellare nō extimuerit? Inquiēs in epistolis fratris nostri Pauli sunt quedam difficilia intellectu: que indocti & instabiles homines peruertūt (sicut & ceteras scripturas) ad suum propriū interitum.

Di. 1.Cor.8. 1.Cor.12. 1.Cor.14 1.Timo.1. 2.Can.3

Solutio.

Duo scientiarum genera nos venamur. Est enim scientia quedam humanitus acquisita: per demonstrationem tanque per instrumentum sciendi. Quales nūcupare solemus grāmaticam, phisicam: et his

Phy. Augu. lib. 2. de doctrina christiana cap. 19. & 20.

cognatas notitias. Extat & alia diuinitus inspira ta cognitio qualē nāq; Theologiam vocitamus:
2.24 lib.8. de ciuitate dei cap.1. ideſt de Deo ratiocinationē Teste Auguſtino, de qua Paulus ad Timotheum Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata: utilis eſt ad docendum. ad arguēdū ad corripiendum ad erudiendum in iuſtitia: ut perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonū īſtructus.
Cap.1 Hec autem ſcientia ſemper a Deo homini infunditur fide & charitate ſotia. Ob id aliquādo ſapiētia appellatur. Ait enim Eccleſiaſticus: ſapientiam dat Deus diligentibus ſe. Cui adſtipulatur Baruch propheta inquiens. Tradidit eam Iacob puero ſuo &
Ps.118. Iſrael dilecto ſuo Quandoq; intellectus nominatur. Dauid enim petit a Domino, dicens. Da mihi intellectum & ſcrutabor legem tuam. Intellctum nempe quem humane anime uirtutem quandam naturalem dicimus. Dauid ipſe habebat: quid ergo a Deo expoſcebat? Niſi notitiam claram altiſſimarum cauſarum charitate comite: que ſapientia dicitur: & hec eſt fides que per dilectionem operatur.
Gala.5 Sapien.1 Hoc totum expreſſit Salomon: ait enim in animā maliuolam non introibit ſapientia: & radicalem rationem apponere facile ualemus: quoniā ſapientia eſt fides que per dilectionem operatur: qualē nāq; in animam maliuolam ſubingredi ne utiq̄ cernemus: nec habitare quibit ipſa in corpore ſubdito peccatis.
Di. 1. cor. 12 De miror profecto. Quorſū Paulus donis ſpiritus ſanti ſcientiam agregauit. Si eam homo ex ui naturali intellectus humanitus adipiſcitur? quo namq; pacto ſpiritus ſcientiam infundit: ſi eam homines longo adiſcunt ſtudio?
Phy. Scientiā abſq; charitate naturaliter ſibi quiſpiam comparare poterit; & hec non eſt ſpiritus donum

ſed inflat. Audi Paulum: ſcientia inflat: charitas vero edificat. Hãc Plato Achademicus. Zeno, ſtoicus, Ariſtotelesqꝫ peripatheticus: ſibi vẽdicarũt. Et Paulus clamat. Videte ne quis uos decipiat per Philoſophiam: & inanem fallatiam: ſecundũ traditiones hominum ſcientia uero charitate comite, donũ ſpiritus eſt que hominem turgidum non redit: nec in ſublimitate ſermonum decipere temptat. 1.Cor.9. Coloſ.2.

Nec adamuſſim dubietatem omnem hactenus explosimus pater philoteæ. Di.

Quid ne Age exprome dubium.

Si notitiam cum charitate ſcientiam definimus: & illud idem eſt ſapientia. in quo ergo differunt hec ſcientia que eſt donũ ſpiritus, et ſapientia ipſa nempe inter eas Paulus diſcrimen apponit Dum dicit. Alij datur ſermo ſapientie. Alij uero ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum. Phy. Di. 1.Cor.12.

Non te lateat mi Didyme. ſapientiam duas ſortiri partes prima enim eſt cognitio altiſſimarũ cauſarum cum charitate: & hec proprie ſapientia nuncupatur. Eſt alia notitia rerũ ſublunarium charitate comite: & hec ſcientia in ſcripturis nominari conſueuit: que eſt donum ſpiritus: ſi uero charitas eam non concomitetur: turgida et humana dicitur: & penitus inflat: audi Paulum. In Chriſto enim ſunt omnes Theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Phy. Coloſ.2.

Notula.

Legito Auguſtinum libro Homeliarum ſuper Ioãnem homelia.27. libro de gratia & libero arbitrio ad valentinum cap̃.41. Libro.2. de Doctrina Chriſtiana cap̃.19. & 20. libro.8. de Ciuitate Dei cap.1. Et mẽte animoue ſepius illud Eccleſiaſtici euoluas cap.1. Omnis ſapientia a Domino Deo eſt. Et cum illo fuit ſemper; & eſt ante eum. Qui tamen nõ di-

xit: omnem scientiam a Deo esse. Nam multæ sunt scientiæ ab hominibus phantasmata speculātibus acquisitæ. ut habet 3. de anima. Co.30. et 39. Quæ quamuis nimio parte sint labore: earum sectatores ad baratrum impellunt erroris. Quas pueros parē tum iussu precauere consulerem: non quia non legerim: sed quoniam nonnunq̄ uenena ebiberim: et Achonita (Summo ore tamen) delibauerim. Hoc
Cap.2. Paulus consulto deprompsit ad Colos. scribens. vi dete nequis uos decipiat per Philosophiam et inanem fallaciam.

Contradictio Secunda.

Si esca scandalizat fratrem meum, non mãducabo carnes in eternum: ne fratrem meum scandalizem. Eo usq̄ scandalū euitandum nobis suadet Paulus,
1. Di. cor. 8. ut quamuis carnes comedere ei liceat. Si tamen ex earū esu fratres scādalizari, & ipse expertus fuerit, in eternum carnes se nō comesturum spoponderit. Verum enim uero tanti esse scandalum non docuit Christus. Quin illud spernendum iussit, Dū Apo
Matth. 15. stoli dicerent: scis quia pharisei audito hoc verbo scādalizati sunt: dicens. Sinite eos ceci sunt & duces cecorum. Dij boni q̄ importune arguat Paulus ut iugū grauius q̄ Christus humeris nostris impo suerit & ipse imponere non erubescat.

Solutio.

Phy. Actorū. 9. Paulo detrahere desine queso Didyme. Vas enim ē electionis: & nomen Domini in ueritate ad nos ipse detulit. Te scire scio duo esse scandali genera: quo-
lib. Hom. vnde. sup Ioānem. homel. 80. dam est acceptum & nondatum: & phariseorū no minare illud consueuit Augustinus: ut si aliquis scā dalizatur in eo quod quispiam necessitate nature uel iure mandante efficere tenetur: Hoc nãq̄ pacto scandalizati sunt pharisei; Christo dicente, Nō q̄d

intrat in os coinquinat hominem.cum tamen iure Gene.3 Rom.5
dicere debuerit:ut normam electis tribueret ad salutem.Cibus enim Adã non maculauit:sed inobedientia,ait Augustinus . Aliud uero est scandalum lib.1.cõtra iulianũ.c.2.
datũ , quãdo aliquis nulla iuris aut facti necessitate impulsus aliquid efficit,Ex quo frater eius scãdalum haurire potest.Dum itaq; Christus scandalum non curandum edocet:de phariseorum scandalo loquitur:accepto scilicet & nullatenus dato.Cum uero Paulus omnino scandalum euitandum persuadet,de scandalo dato ipse edisserit.Hoc namq; ex literæ decursu lucentius luce elucescit.Ait enim,esca 1.corin.8
autem non cõmendat nos Deo.subdens.Videte aũt ne forte hec licentia ũra offẽdiculũ fiat ĩfirmis.quã quidem ueritatẽ calcatius delibauit Apostolus , ad Romanos scribens.Non est Regnũ Dei esca et potus.Addens,sed malum est homini qui per offendiculum manducat.Bonum est non manducare carnem:& non bibere vinum:neq; in quo frater tuus offenditur aut scandalizatur,aut infirmatur ; ac si aperte dicat,non delabitur quispiam ad peccatum ex cibo·sed quoniam cibum sumens fratrem suum scandalizari pro comperto & ipse habet :grauiter peccat. cap.14

Cur christus annuũ didragmatis censum ad euitandum scandalum exoluit. Dum Petrum alloquutus aiebat.Petre ne scandalizemus eos:uade ad mare,et capti piscis ore reserato ,inuenies staterem illũ sumens solue pro me & pro te.Si enim censum nõ soluisset:datum aut acceptum scãdalum illud appellari debuisset? aperias mihi queso pater Philotheæ si libet . Di.

Nempe perniciosum scandalum.Christus ipse patrasset:nã nulla necessitate ductus,imperatori tri- Phy.

Mat.17. butū negare debuiſſet: et ſi filius Regis erat: exacto
Luc. ribus nō innotuerat: ſi paupertate premebatur: non
inuitus tamen quia mare & venti ei obediunt.

Notula.

Vide Auguſtinum libro Homeliarum ſuper Ioānē, Homelia.70. libro de verbis Domini, ſermone.16. libro.1. contra Iulianum ca.2. & pondera illud euāgelium Matth.26 Veh homini illi per quem ſcandalum venit, & velut anguem ueneno trucidātem, ſcandalum euadere enitere filij.

Ex nono Capitulo.

Contradictio vnica.

Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnū eſt ſi nos carnalia veſtra metamus?

Di 1.Cor.9. Verbi Dei denunciatores ad vite neceſſitatem ſtipendia a fidelibus ſumere, fideleſq; eis neceſſaria ad victum & veſtitum preſtare debere ponit Paulus. Qui rurſus ad Roma. ſcribēs ait: quod ſi ſpiri-
cap.15 tualium eorum participes facti ſunt gentiles, debēt
2.theſſal: & incarnalibus miniſtrare illis: verum enimuero
cap.3 oppoſitum ab eo colligimus, dum ipſe vſq; adeo manibus laborandum eſſe docet, ut in hec prorumpat verba, qui non laborat nō manducet. Ad quod
2.theſſa.2. ſui & ſociorum exemplo apponens inquit.
1.teſſa.2 Ipſi enim ſcitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos: neq; gratis panem manducauimus ab aliquo: Sed in labore & in fatigatione nocte & die operantes ne quem veſtrum grauaremus, concionatores itaq; populos fideles grauare ne vtiq; deberent, ſed manibus propriis ſcirpeas fiſcellas ſeu artem aliq; exercere tenentur.

Solutio.

Satis superq; satis laborant, qui verbum Dei tē- Phy
pestate nostra declamatorie fidelibus porrigunt, ex
pertus experto credas bone Didyme, q; si Paulus
manibus laborandum iubet hoc quidem effecit, nō
q; ipse ceteriq; verbi Dei seminatores potestate
hac non potiant, vt. s. necessaria vite a populo ex 2.thessa.3.
poscant ipsiq; eis prestare teneātur: Ait nempe, nō 1.corin.9
quasi nō habuerimus potestatem: & ad corinthios deute.25.
clara voce intonat, nūquid nō habemus potestatē
manducandi & bibendi? lex nāq; iubet, non alliga Matth. 10
bis os boui trituranti. Et Christus indulget: dignus Luc. 10
est enim operarius mercede sua: qnin potius tale p̄
buit dictum, ut pseudo apostolos domos viduarū
expoliantes, & copiosa sub trahentes munera cohi
beret: ob id ad corinthios huiusmodi precepti cau-
sam assignās, dicit, quod facio & faciam, vt ampu
tem occasionem. Et ad thessalonicēses. Audiuimus
enim inter uos quosdam ambulantes inquiete ni- 2.cor.11
hil operantes, sed curiose agentes, his autem qui 2. cap.3
eiusmodi sunt denunciamus & obsecramus in Do-
mino Iesu, vt cum silentio operantes suum panem
manducent: Et rite monuit eos Apostolus, quoniā
scriptum est: in sudore vltus tui vesceris pane tu 3. gen.
Et Dauid canit labores manuum tuarum quia mā Ps.127
ducabis: En vides Paulum ad sustentationem vite
gratanter accipere. dum Phylipenses ea per Epa-
phroditum ad eum pie destinarent · Rome in car-
cere degentem. Ait enim habeo autem omnia & Philip.4
abundo, repletus sum acceptis ab Epaphrodito
quem misistis, Deus autem meus impleat omne 1.cor.9.
desiderium vestrum secundum diuitias suas in glo
ria: & rursus, excandescens petit, quis militat suis
stipendiis vnquam?

At qui Xp̄s precepit omnem ciborum & vestimē Di

Mat.6. torum sollicitudinem repellendam dicens. Nihil
Lucce. 12 solliciti sitis anime vestre quid mãducetis: neq3 cor
pori vestro quid induamini. Igitur Apostolorũ vi
cẽ gerentes nihil exposcere debent, etiam sub corpo
ree necessitatis pretextu.

Phy. Euangelicum nodũ Augustinus essoluit adstruens:
lib. de opi bus mõachorũ cap. 26. Hec duo valde sese certare videlicet: habere solliciẗudinem de cibo & potu: & querere necessaria hu
mane vitæ. Ille enim solicitus est, qui verbũ dei ad
illum finem tãtũ laborẽ serit. Hic etiam cogitat de
Math. 6. chrastino, defert in zonis pecuniã in via, hic mar-
& 10. supium replet: & conscientiam peccati pondere pre
Luc. 12. mit: nec ad hoc hortatur nos Paulus (vt vides) sed
necessaria vite nos q̃ritare sub crucis arbore docet.

Di. Age pater Phylothee, permittamus pauperes cle-
ricos altario seruientes altarii bonũ sub Xp̃o victi
1. cor. 9 tare Nam, Paulus dicit. Qui altario seruiunt alta-
rio viuere debent: Et qui ad onus eligitur a merce-
de repelli non debet quo nanq3 pallio eos tegemus,
qui multa sibi consarcinantes beneficia obliteratos
& indoctos cernimus? vt mores silentio p̃tercam?

Phy. Hei mellite Didyme digito compesce labellum.
Rom. 14. Audi Paulum: tu autem quid iudicas fratrẽ tuũ?
Matth. 7. ecce Xp̃s dicit, quid autem vides festucam in oculo
Luc. 6. fratris tui: trabem autem in oculo tuo non vides?
cathedram nanq3 euangelicam nemo nostrum iu-
dicare debet sed solius Dei ipsa expectat iudiciũ:
1. cor. 2. clamat enim Apostolus. Spiritualis homo iudicat
omnia & ipse a nemine iudicatur.

Di. Cur hominem spiritualem nominas qui tot mun-
di abundat opibus?

Phy. Quid ni? spirituales enim ii nuncupantur: qui Dei
spiritualia ministrant. Diuina lege fidelium mores
reformantes, & corrigendi potestatem eadem lege

obtinentes(vt declarat Augustinus). Nam Paulus ait. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus: sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus que a Deo donata sunt nobis: qui homines diuina lege iudicantes a nemine sunt iudicādi: nisi ab illa lege, propterea quod si sua ipsi ab vtūtur potestate. lege duntaxat diiudicantur: nec non a Deo scelerum tātorum dignas luent penas. lib.14.cōf. li. de uera religione. 1.cor.2.

Notula.

Vide Augustinum libro de pastoribus cap.2. libro de operibus monachorū. cap.26. libro.14. confessionum, libro de vera religione. Et audi Augustinū dicentem libro Homeliarum super Ioannē Home. 122. Dñs ordinauit his qui euangelium annuntiant, vt de Euangelio & ipsi viuant.

Contradictio secunda.

Nunquid de bobus cura est Deo?

Nullam de bobus curam habere Deum asserere videtur Paulus. Nihilominus sapientie, libro in scribitur. Tu es deus cui cura est de omnibus. Et euangelium illud etiam habemus, nonne duo passeres asse veneunt. Et vnus eorum nō est in obliuione coram domino? Di. 1.corin.9. cap.6. luc.12. Mat.10

Nemo sane doctrina imbutus diuinam omniū rerum abnegabit prouidentiam: clamat enim Deus ore Hieremie, celum et terram ego repleo dicit Dominus. Et libro sapientie inscribitur, ac tingit a fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter: omnia inquā generali sua prouidentia gubernat ipse Deus: quedam nanq; immediate: quedam vero causis secundis mediantibus, quod quidē Augustinus deprompsit, dum dixit: sic Deus res quas cōdidit administrat, vt proprios motus agere sinat. Di. cap.27. cap.8. 7. de ciuitate Dei capitu.30

Dum Itaq; Paulus dixit, de bobus Deum nullatenus curam habere, in lege de illis non curare intellexit: ac si dicat, nunquid pro bobus legẽ nobis Deus dedit? quasi dicat non quoniam quecũq; scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt.

Rom. 15

Notula.

Vide Augustinum ad Dardanum. Epist. 57. & de Ciuita. Dei. cap. 30. primo de Ciuitate Dei. cap. 10.

Ex decimo Capitulo.

Contradictio vnica.

Fidelis autem Deus qui non patietur uos temptari supra id quod potestis: sed faciet cum temptatione prouentum ut poscitis sustinere.

Dy. Neminem Diaboli temptationi resistere posse, si Deus quantum ipse Diabolus potest tẽptare sinat,

1. Cor. 10. cap. 40. & non prebeat in temptatione prouentum, vt sustinere illam queat homo tẽptatus, adstruit Paulus. Nec mirum profecto. Iob enim clamat, non est

1. can. cap. 5. potestas que comparetur ei. Petrus tamen ad resistendum spiritui aduersario nos inuitat. dicens. Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanq; leo rugiens circuit querens quem deuoret: cui resistite fortes in fide. Clauiger hercle ad huiusmodi bellum nullatenus inuitaret, si necessario nos sucumbere & resistere non posse ipse dinosceret: cui ergo firmiorem adhibeam fidem? Petro an Paulo? si pugnantia ipsi deprompsere?

Solutio.

Phy. Hoc te scire velim Didyme q quicũq; eternam adipisci salutem cupit. Tria corde cõcipere et opere ex

plere cogitur. Que quidem sunt facere bonum resi stere sathane, vt in peccatum nõ ruat, et a patratis sceleribus resipiscẽdo, surgere: primum enim quod est bonum operari, quilibet fidelis fide adiuuante, efficere potest. nec nouo indiget auxilio spetiali. Sufficit enim vero ei generale auxilium, seu cõmu nis illa influentia, quia fidem que est donum Dei possidet. Secũdum vt temptatori resistat, et p̃ceps in peccatorum foueam nõ delabatur nullatenus ho mo sufficit: etiã si fidem habeat: absq; nouo dei au xilio: & ait hic Paulus: et Augustinus declarat. Nã si Deus permittat aliquem temptari: quantum dia bolus eum temptare valet, nullum ei prestans auxi lium cadet quidem peccator collidente hoste & in temptatione naufragabitur, ni faciat ei Deus pro uentum, ut possit sustinere. Tertium uero quod est a peccato surgere nemo quippe poterit, nisi manus domini eũ tangens de terra erexerit. Hec tria euan gelium nobis aperiendo declarat: ait enim ad pri mum: facite fructus dignos penitẽtie. Et bona ope ra fructus esse fidei aperte dignoscimus: cl[illegible] ad secundum. Et ne nos inducas in temptationem: hoc est ne permittas nos temptari, quantum sathanas ipse temptare potest: sed adiuua nos, ne sub alii sce leris vnda delabamur. (Vt Augustino placet.) Ter tium vero nobis pandit Euangelium, Dum disci pulis cadentibus in faciem suam, nec surgere ualen tibus Xp̃s manum porrigens, eos tangeret atq; di ceret. Surgite ego sum nolite timere. Ad hoc Her cle accedit illud Euangelium. Nam homo ille de scendens ab Ierusalem in Ierico: cum in latrones incidisset vulneribusq; confossus, semiuiuus iaceret ne vtiq; ex se surgere poterat, nisi Samaritanus il le piissimus eũ adiuuaret; et iumẽto humanitatis sue

lib. 2. ad marcellinũ cap. 20.

Matth. 3 luc. 6

Matt. 6

Matt. 17

Luce, 10

ad stabulum: quod est Ecclesie Orthodoxe gremiũ de ueberet. Dum itaq; Paulus asserit: q; si quispiã a sathana temptetur quantum ipse tẽptare valet: Deo deserente, & nullum auxilium porrigente, neu tiq; ille resistere poterit, quin tẽptator firmiter victor in bello extabit: vera profert. Cum aũt Petrus ad resistendum nos fideles inuitat. hoc est in causa: quoniã Deus assidue paratus est fidelibus auxiliari in bello: ac si dicat: cui resistite fortes ĩ fide eya fideles scuto fidei resistite Diabolo, potestis. n. nam Deus vester ecce adest auxiliũ prestare paratus: ca

ps.120 nit enim Dauid auxilium meũ a Domino qui fecit

apoca,3 celum & terram: cui adstipulat̃ illud ex libro reuelationis: sto ad hostium & pulso si quis aperuerit intrabo, & cenabo cũ illo. Consimiliter intelligenda ea omnia Apostolorũ dictata esse cẽseo: qualia sũt resistite autem Diabolo & fugiet a vobis. Et illud Pauli, nolite locum dare Diabolo. Et rursus Indui

Iacob:4 te vos armaturã Dei vt possitis stare aduersus in-

ephe.4 sidias Diaboli. Arma enim Dei fides sunt: spes:

ephe.c.6. 2.corin. & charitas. ait Apostolus. Arma militie nostre nõ

Di. sunt carnalia.

cap.7 Phy. Sed in hoc discrutior: vt cogar asserere hominem

li.de nã.& tanti esse q; Dei voluntati & ipse resistere valet: nã

grã.ca.23. acta Apostolorum hoc attestantur: dura ceruice & in circũcisi corde vos semper restitistis spiritui sancto sicut & patres vestri: & tamẽ volũtati diaboli obsistere nequibit. nũ quid diabolus maior est deo? quid ais pater Phylothee?

Risu premor ĩcredibili Audi Didyme, qui resistit voluntati dei: grauiter peccat, quoniam voluntas dei ad bonum tendit: qui resistit voluntati Diaboli peccatum fugit: sed vnusquisq; sui arbitrij libertate peccare potest; vt ait Augustinus. Ideo dei vo-

luntati resistere valet: sed quoniã peccatum euitare nequit sine Dei speciali auxilio, ideo Diaboli uoluntati obsistere minime potest, nisi speciale ei prebeatur adiutorium. Quamobrem catholice sancitum est: ut hec duo vera esse fateamur: videlicet: Vnusquisq; pro sui arbitrij libertate Dei voluntati obsistere potest. Verum enimuero nullus Diaboli uoluntati resistere quibit: absq; diuine gratie speciali iuuamine.

Notula.

Legito Augustinum libro. 2. ad Marcellinum cap. 2. libro psalmorum. ps. 41. &. 42. libro de verbis Domini Sermone. 6.

Ex Vndecimo Capitulo.

Contradictio Vnica.

Laudo vos fratres, quod sicut tradidi vobis precepta mea tenetis. 1. Cor. 11.

Precepta lata fidelibus sibijpsi arrogare videtur, Paulus dum dicit, precepta mea tenetis: ac si ipse legem condidisset: uerum contrarium asserere ex humilitate videtur. Dum ad Corinthios. uerba facies ait precipio ergo uobis non ego sed Christus quod quidem depromere iure debuit: nam ueritas dicit: Si precepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea. 1. Cor. 11. 1. Cor. 7. Io. c. 15.

Solutio.

Vbicũq; enim Paulus precepta sua fuisse testatur: tanq̃ promulgatoris intelligit, non tanq̃ legislatoris. Christus enim legem tulit. Paulus uero promulgauit: sicut & ceteri Apostoli. Ait Hercle Christus Phy. Act. 9.

Ananie. Vade quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus.

Notula.

Vide Augustinum in expositione. p̄s. 39. et scias cō fessionem Auricularem. & sacramentariam non in cepisse a Iacobo dicente. Confitemini alterutrum peccata vestra cap̄. 5. sue canonice, sed a christo habuisse originem. Matth. cap̄. 18. & Io. cap̄. 20. a. Iacobo vero promulgatam fuisse. Nam omnes Apostoli legis precones extitere, & non legislatores cen seri debent.

Ex Duodecimo Capitulo.

Contradictio vnica.

Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto.

Di. Palam asserit Paulus: ꝙ si quispiā dicat, & cōfitea
1. Cor. 12 tur Iesum esse Dominum: in eo sit spiritus sanctus: quoniam nemo Hercle Dominus. Iesus dicere quibit, nisi in spiritu sancto. Verum Euangelica nor-
Matth. 7 ma oppositum ponit: dum dicit, non omnis qui dicit Domine Domine intrabit in regnum celorum.

Solutio.

Phi. Asserere Iesum saluatorem Dominum esse uniuersorum bifariam aliquis poterit: vel ore tantum: &
Li. Home. super Ioan. Home. 102 tunc non in spiritu sancto (dicit Augustinus) Aut corde, ore, et opere: et hic spiritu Dei agitur: et liber
2. Cor. 3. ab omni censetur iniquitate. Nam ubi spiritus Dn̄i ibi libertas. Nec apostoli verbis me opponere putes mi Didyme. nam Christus fidelibus spopondit: vt quotiens patrem rogarent in nomine eius: totiens exaudiri desiderata & petita ipsi obtinerent dicens

Amen dico vobis quicquid petieritis patrē in nomine meo fiet vobis: nonnulli tamen petunt in nomine Christi exorantes: & nihil accipiunt: non mētitur veritas sed in causa est: quia in nomine Iesu ore tantum petunt, non autem corde & opere: Consimiliter clamat Euangelista. Qui credit in filium Dei habet vitam eternam. Multi tamen credunt, qui ad tartara demerguntur. Vnde hoc nisi quia non credūt fide que per dilectionem operatur: sed ore tantum Christum confitentur: vt Christiani solo nomine gaudeant. Ioan. 15. Aug. super ioā. Homelia. 102. Ioan. 3. Ad. Gal. cap. 5. Aug. lib. de fide. & opibus. c. 14

Notula.

Vide Augustinum libro Homel. super Ioannem Homel. 102. libro de fide & operibus cap. 14. et lib. questionum veteris & noui testamenti questione 2. ad calcem.

Ex tertiodecimo capitulo.

Contradictio prima.

Et si habuero omnem fidem ita ut montes transferam charitatem autem nō habuero nihil sum.

Quoniam fide firmans discipulorum cetum Christus eis spopōdit ꝙ si haberent tantā fidem quantū est granū Synapis montī iubentes dicerent transi hinc. Qui mox iussus locum mutaret. Paulus talis fidei robur declarans, inquit, eam nullius esse valoris ad salutem impartiendam seiuncta charitate. Et usq; adeo imbecillem fidē reddit. Vt ne vtiq; ea sola seiuncta charitate quempiam saluari posse adstruit. Nihilosectius ipse identidem ad hebreos scribens. Eo fidem extollit vt Enoch. fidei viribus translatam fuisse asseueret intantum vt mortem euaderet nec non multos patres ibidem me- Di. Matth. 17 Luce. 17. 1. Cor. 13. Hebr. c. 11 Ge. 5. Eccles. 14 cap. 4.

morat: quos fides admiranda compullit facta dicens: sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones: fides itaque etiam si sola sit, inanis censeri non debet.

Solutio.

Phy: Cap. 2. Binam fidem descripsit Iacobus mi Didyme: est

Galatas. 5. enim fides viua cui charitas connectitur: Et hec per dilectionem operatur: ait Paulus. Est etiam fides emortua, que charitatis societatem repellit & fructus bonorum operum minime germinat. Cum Paulus fidem adeo magnificauit, ut ex ea saluari hominem ponat: de viua fide ipse edisserit: dum vero nullius esse roboris ad salutem adipiscendam

Luce. 13. fidem dicat de illa fide loquitur, que charitatem co

Lib. de fide et operibus ca. 14. mitem non patitur, & ficulnee non producenti fructus assimilatur: fides enim iustificans vt ait Augustinus aut actualiter per dilectionem operatur aut saltem parata est operari. Notula.

Vide Augustinum libro de fide & operibus. ca 14 libro. 21. sententiarum senten. 8. & pondera dictum Augustini lib. de fide ad Petru cap. primo dicetis: fides est fundamentum omnium bonorum. Et

Hebr. ca. 11 est dictatum Apostoli. Cum sine fide impossibile est placere Deo. Et rursus fides est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium: de fide illa hec verificari autumabis que per dilectionem operatur.

Contradictio secunda.

Di. 1. Cor. 13. Nunc autem manent spes fides charitas tria aut hec: maior aut horu est charitas.

Inter Dei dona que virtutes theologicas appellitat solam charitatem principari ponit Apls: nihilominus ipse ide fidem preponere ostendit du di-

cit fide enim intelligimus aptata esse secula verbo Hebre.11.
Dei, vt ex inuisibilibus uisibilia fierent enim vero
non intelligeremus mundũ a Deo solo verbo crea-
tum: si fides non esset. Esaias dicit, nisi credideritis Cap.6
non intelligetis. Ad quod quidem charitas nihil
conducit. igitur fides charitati preponderat. Neq;
bis conteptus ipse Paulus infert sine fide impos- Hebre.11.
sibile est placere Deo. Quid enim maius illo esse po
terit, quo solo Deo creatori nostro placere poteri-
mus? Et quo ablato neutiquam ei nos ipsos gratos
reddere valemus. Solutio.

Iam iam dicebam, en amice te dico, fidem bifariam Phy.
mente concipies mi Didyme, vno modo vt nuda
& sola ipsa est seiuncta charitate: & tũc charitas ei
ꝑpõderat, est enim fides emortua, nam charitas est Iacob.2
eius vita: alio modo vt veste nuptiali charitatis Augu. lib. senten. sen.
ipsa fides induitur, qui fides viua operans per dile- s.
ctionem iustificabit: hoc namq; pacto charitas eã Gal. cap.5
non excedit. Quin fides charitatem solam ante ibit
quoniam hec fides per dilectionem operans, fidem
& charitatem complectitur. Dum itaq; Apostolus
charitatem precellere fidem adstruit: capit fidẽ so-
lam & nudam, que quidem est simplex credulitas
sine dilectione diligendorum: cum vero fidei inter
omnes virtutes dominum tribuere demonstrat.
De fide illa dixerit, que per dilectionem operatur,
charitatem comitem dulci amplexu sibi cõnectẽtes
habet ne?

Habeo hercle: verum enimuero tua elucidatio huc Di.
tendit vt cum asserimus charitatem fide nuda esse
maiorem: dilectionem precellere credulitatem in-
telligamus: est enim charitas dilectio: fides vero
credulitas, illud idẽtidem vtriq; erit, charitas maior
est fide: & dilectio excedit credulitatem.

Phy. Tantūdem profecto: nec aliud Paulus depromere intendit, nisi q̄ dilectio antecellit credulitatem.

Di. Quo namq̧ pacto id erit? si credulitas nil confert ad salutem sine dilectione neq̧ dilectio sine credulitate? ait Paulus sine fide impossibile est placere Deo: & alibi. Si habuero tantam fidem ita vt montes transferā charitatem autem non habuero nihil sum: ac si dicat iuncte simul esse debent credulitas & dilectio aliter hominem perditum saluare nequeunt.

Hebr. 11.
I. Cor. 13.

Phy. Et manus hominis et os eius ad cibum porrigendū vsq̧ adeo necessaria simul sūt vt nec manus absq̧ ore nec os sine manu ad hoc sufficiat: nihilominus manus ipsa est nobilius corporis organum ipso ore manus nēpe organum organorum naturaliter loquentibus nuncupatur.

Arist. 3. de anima.

Di. Hoc quidem euenit quoniam manus multas obtinet perfectiones quibus cetera corporis membra natura priuantur capit enim manus retinet porrigit, signat, absterget ostēdit, fabricat et vt oīa vno concludā verbo multa manui natura indulsit, que ceteris corporis organis ipsa negauit.

Phy. Ad radices securim apposuisti mellite Didyme: ꝓpterea quod Paulus dilectionem ceteris virtutibus maiorem declarauit: quoniam quindecim ipsa claudit fructus quos sibi peculiariter vēdicat iuxta numerum quindecim graduum quibus schala templi disposita cernebat: quos sacerdotes scādentes quindecim laudes Deo Israel modulabantur quod expresit Dauid Hoc est in cantico graduū: nec hos fructus retinuit Paulus.

Di.
Phy. Qui nam sunt? edissere si libet pater Phylotheę.

I. Cor. 13. Charitas patiens est benigna est: idest larga egenis, fructus charitatis non emulatur, idest, non inuidet

seu non tristatur felicitate aliena. Non agit perperam idest peruerse impediendo opera bona. Non inflatur ex honore sibi prestito. Non est ambitiosa vt querat alteri preesse. Non querit que sua sunt idest non repetit sua cum scandalo: non irritatur. i. cum iniuria ei infertur non prouocatur ad irā. Nō cogitat malum vt alteri noceat Non gaudet super iniquitate, idest non letatur, dum videt aliquem in scelera ruere. Congaudet autem veritati hoc est letatur nimis dum quempiam in operibus iustitie via veritatis proficere cernit: omnia suffert aduersa tollerādo: omnia credit que veritas suadet: omnia sperat que Christus promittit: omnia: sustinet idest omnia permissa patienter expetat.

Primus Secundus Tertius Quartus Quintus Sextus Septimus Octauus Nonus Decimus Undecimus duodecimus Tertiu decimus. Quartus decimus, quintusdecimus.

Di. Si textum Apostoli rite metior: extat. adhuc alter fructus: cuius hactenus non meminimus ait enim charitas nunq̄ excidit

Phy: Non est charitatis fructus inusa transitus nunq̄ excidere: sed quedam specialis eius prerogatiua qua fidem & spem longe precellit.

Di: Que nam prerogatiua? dic sodes?

Phy: In beatorum patria sola charitas degit. fides autē & spes euacuātur: enimuero quod hic credimus clare videbimus: ait enim nunc autem in enigmate per speculum, tunc autem facie ad faciē nō est ergo fides in celis quoniam fidei que in terris degit: succedit clara visio in regno ceelorū. Quo nō pacto credere quispiā poterit: quod clare videtur? neq̄ spes ibi inhabitat nam quod hic speramus: hoc est credentes inhiamus ibi firmiter fruendo tenebimus succedit enim spei firma tentio: charitas autē nunq̄ deficiet: quia quod hic amere prosequimur, eo ibi fatemur qua propter charitas ipsa fidei & spei longe prestat quia diuturnior.

I. Cor. 13

Augu. de uidendo Deū ad prebān.

Notula.

Legito Augustinum libro sententiarum, senten. 8. libro de videndo Deum ad probam. libello de laudibus charitatis: libro psalmorum: p̃s. 31. libro de cognitione vere vite. ca. 37.

Ex quartodecimo Capitulo.

Contradictio prima.

Qui loquitur lingua semetipsum edificat: qui autem prophetat, Ecclesiam Dei edificat:

Di. Eo nãq; donum prophetię dono linguarum vtilius
1. Cor. 14 esse docet Paulus: vt qui linguarum dono gaudet, sibi tantum. qui vero prophetat, toti congregationi prodesse adstruat: ac si prophetia cõducat omnibus: lingua vero vni soli vel paucis: & tamen ipse idem Paulus adeo Dei verbum magnificat: vt illud dare vitam affirmare non vereat: dicens, viuus
Hebre, 4. ẽ sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti. et pertingens usq; ad diuisionem animę ac spiritus: quod profecto nemo (nisi desipiat) negare audebit: ait enim veritas. Vos enim mũdi estis
Ioan. 15. propter sermonem meum. nec non a Dauide hanc veritatem didicimus dicẽte. Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen semitis meis: igitur do-
p̃s. 118. num linguę est prestantius dono prophetię.

Solutio.

Phy. Caue mi Didime ne uerbis Pauli inficiaris & donum linguarum ac uerbi unum donum esse putes: duo enim charismata sunt sese longe distantia. Nã donum linguarum illud est: dum quispiam diuersa idiomatum genera callere uidetur: quemadmodum
Acto. 2 de Apostolis disserens scriptura dicit et ceperũt loqui varijs linguis pro ut spiritus sanctus dabat elo

qui illis: donum prophetiæ quod Paulus linguarũ 1. Cor. 14.
dono hic ante ponit, coincidit cũ dono verbi: ut ait Ad Pauli
Augustinus, & illud spiritus sancti munus est: quod nũ. epl̃a: 58:
idẽ Paulus ad Ephesios adnotauit: inquiens: quos- Cap. 4:
dam dedit pastores & doctores: nam prophetare: Augusti
aliquando in scripturis illud idem est, quod docere: nus. ibidẽ: cap. 13
similiter scribitur in Actis Apostolorum erant in
ecclesia pastores & doctores. Dum igit̃ Paulus lin-
guarum muneri: prophetie munus prestare asserit
est vt dicat: donum verbi donum linguarum precel
lere, quoniam verbum totam edificat ecclesiam, lin
guarum uaria idiomata illa celentibus tantum con
ferre poterunt.

Quantũ ex hac tua secernimus lucubratione Phy Dy:
lothee: hec duo charismata unum sunt in re, duo ve
ro voce videlicet: donum prophetie, &, donũ verbi
nihilominus Paulus discrimen interea apponit:
dum dicit et ipse dedit quosdam quidem Apostolos
quosdam autẽ prophetas: alios vero Euangelistas:
alios autem pastores & doctores: en donum prophe
tie a dono doctoratus quod est populum fidelem di
uinam e docere legem distare, ponit Paulus. Cur
igitur charismata verbi & prophetie unum donum
arbitraris?

Non iniuria quippe pueros logicalia edocẽdos as Phy-
sidue consulebam: mille enim in sacrarum scriptu- lothe. 4
rarum corticibus latent fallaciæ: ea propter perpen
das queso Didyme, ꝙ hoc verbum prophetare seu
istud nomen propheta equiuoce ponitur in scriptu
ris: nam equa voce plura significat: prout Augusti ad Pauli
nus declarat, prophetare aliquando est futura predi num epl̃a
cere. Esai. enim clamat. Ecce virgo concipiet et pa 58. & 59:
riet filium: prophetare est preterita describere: ut in cap. 7 Matth. 18
principio creauit Deus celum & terram: est etiam Gen. 1.

1. paralip. cap. 25. prophetare prophetias recitare: quemadmodum est illud: Magistratus exercitus segregauit filios Asaph ꝙ prophetarent in citharis & psalterijs: nonnunꝙ prophetare est laudes Deo decātare: vt est illud numeri: quis mihi tribuat: vt omnis populus prophe- cap. 11. tetur: est quoque prophetare idem quod docere, un 1. cor. 14 de Paulus. Emulamini in spiritualia, magis autē ut in prima prophetetis, prophetare etiam est aliena referre: dio 10 quod notatur de Saule Rege: qui prophetauit in 1. lib. Re. medio domus sue, hoc est aliena tractando retulit: prophetare itidem est consulendo prenuunciare agē Ioann. 12 da. Hoc pacto Cayphas cum esset Pontifex anni illius prophetauit. est etiam prophetare signo ali- Acto. 21 quid venturum demōstrare: sic Agabus que beatus Paulus Ierosolimis passurus esset: & verbo denunciauit, & signo zone eius ostendit. Et tali intelle Ephe. 4. 1. cor. 14 ctu Paulus discrimen posuit inter prophetare & docere. Sed hoc loco donum prophetiæ & doctoratus seu verbi illud idem esse nemo est qui ambiget. Dum enim dixit, & ipse dedit quosdam quidē pro Ephes. 4. phetas in ecclesia, intelligendū censet Augustinus aliquos qui verbis & signis ventura prenūciarūt, ut Agabus effecit: cum vero donum prophetie dono linguarum proponens ipse inquit. Sectamini spiritualia: magis autē vt prophectetis, hoc est, ut munere verbi fungentes, plebem fidelem edocatis: intellextin Didyme?

Di. Intellexi equidem ac percepi: sed hoc unum mihi aperias te rogatum velim: Paulus idiomata omnium linguarum expertis est nec ne?

Phy. Quid ni? Christus enim apostolis omnibus hoc spopondit: dicens. Signa autem eos qui crediderint Mar. ulti mo. hec sequentur. In nomine meo demonia eicient: acto. 2. linguis loquētur nouis; et Lucas inquit: & ceperūt

loq̃ Variis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Et rursus, nonne ecce omnes isti qui loquũtur Galilei sunt? & quomodo nos audiuimus unusquisq; linguam nostram in qua nati sumus? Et iterum, loquebantur variis linguis Apostoli magnalia Dei, quid multis moror? Paulus ipse hoc spiritus sancti donum in semetipso expertus, ait. Gratias autem ago Deo meo quia omnium vestrum lingua loquor.

Augu. in prologo lib. de doctrina christiana. 1. cor. 14. 1. cor. 14.

Quedam glosa quam ordinariam appellant, meũ obnubilabat intellectum, anteq̃ te loquẽtem audirem, dicit, Paulum omnium linguarum genera sciuisse, non tamen omnes pronunciandi modos, que quidem glosa rursus insomniando affirmat, Paulum lingua tantum materna loquutũ semper fuisse, videlicet, hebrea adstãtes miraculose varie intellexisse, ut adstãtes greci grece cũ loqui iudicassent Hebraice, Hebrei. Romane Romani.

Di: Phy:

Heu abolendas glosulas: audi Christum, paracletus autem spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo ille vos docebit omnia & sugeret vobis omnẽ veritatẽ, omnia enim eos spiritum sanctum edocturum promittit, omnia inq̃. Igitur & linguarũ genera & pronunciandi modos, quãq̃ se imperitum sermone adstruerit Cum semiuerbius esset natura, uelut Moses.

Ioan. 14. acto. 17. Exo. 4.

Notula.

Legito Augustinum ad Paulinum Epistola. 58. et 59. & libro psalmorũ. ps. 93. uersiculo illo: exaltare qui iudicas terrã. ubi Augustinus adstruit. nõ Ideo Christus surrexit: quia propheta eum surrecturũ predixit sed ob id propheta prophetando predixit quia hoc Christus ipse effecturus erat.

Contradictio Secunda.

Nam si orem lingua spiritus meus orat mens autem mea sine fructu est.

Di· 1.cor.14 Donum linguarum nullius esse efficaciȩ absq; dono scientiæ seu intelligentie enodare intendẽs Apostolus dicit: q̄ si quispiã lingua oret: hoc est, vocaliter aliquo idiomate greco, aut latino, equidem hic spiritu orat nam spiritus qui datus est ei ad orandum

Ioan.4. ps.130. eum impellit & in pace Ecclesie tanquã fidelis orat orare enim spiritu (Vt Augustino placet) est in pace ecclesie orare: nihilominus si ipse verba que profert,

Matt.6 non intelligit, mens eius est sine fructu: ac si dicat dum rusticus dono intelligentie seu scientiæ carens: vt Christo iubenti obediat: dicit: pater noster: equi-

Matt.6 dem in spiritu orat. Verum nullum mens eius asse-quitur fructum: & tamẽ Christus ipse modum orã-di omnes edocuit, inquiens. Cum oraueritis patrem dicite pater noster. nec talem orationem satius scientibus q̄ inscijs, et rudibus, cõducere voluit: enimuero Paulus largam Christi indulgentiam coartare ostẽdit. veritas enim omnibus pater noster indulget. Paulus autem solum scientibus, & significatũ verborum intelligentibus, hoc prestitisse munus declarat Durus quippe est sermo Pauli: ni tua sana minerua aliquantisper emollescat pater Philothee.

Solutio.

Phy. Nemo est qui nesciat orantem in spiritu: binos fructus adipisci valere: & fructũ orationis qui est meritum orantis: & fructum intelligentie: dum verba prolata ipse orans intelligit: qui est dulcedo illa ex verborum intelligentia in nascens menti orantis. Dum itaq; literarũ expers, qualis rusticus solet pater noster in pace ecclesie orare disponẽs: voce profert: primum fructum consequitur quidem: secũdũ

vero fructum: qui est mentis voluptas ex verborũ intelligentia non partitur. Ebibe igitur mi Didyme mellitissimam Pauli mineruam: non enim adstruit orantem in spiritu: qui penitus literarum inscius fuerit, & dono intelligentiæ careat (vt vir idiotha) nullum ex oratione trahere fructum: sed non sortiti fructum intelligẽtiæ palam depromit. Quo quidem fit: vt donum linguarum absq; dono intelligentię seu scientiæ nihil conferat: nam licet rusticus significata omnium verborum quę pater noster continet, ignoret: scit nihilominus a Christo sancitum. vt si aliquis in spiritu patrem orare intendat. Pater noster in pace ecclesie et ipse dicere debet. Augusti: lib. de magistro. cap. 1

Qui nam fructus ille est, quem meritum orantis appellas. Di.

Donum quod petitur. Ait veritas. Amen Amen dico vobis, quicquid petieritis patrem ĩ nomine meo fiet vobis. Phy: Ioan. 15:

Paulus tamen stimulum carnis se discedere terrogando poposcit: dicens; & ne magnitudo reuelationum extollat me datus est mihi stimulus carnis mee Angelus Sathane qui me collaphizet: propter quod ter Dominum rogaui ut discederet a me: et dixit mihi Sufficit tibi Paule gratia mea. Qui cum petita non est assequutus: mentitur ergo alter eorum Paulus uel euangelista. Di: 2. cor. 12

Sile mi Didyme sacra scriptura: nec falli neq; fallere quoquomodo potest: clamat Augusti. Qui rursus nos cauto creddere pie enititur: ut scripture innitentes clare intueamur: quemadmodum Deus ipse orantes in spiritu semper ad eorum salutem exaudit non autem ad eorum voluntatem: scit enim Deus. que ad salutem faciãt: que homo terrenus ignorat. Dum autẽ Paulus orauit precãdo: vt stimulus car- Phy: libro. 1 de peccatorum meritis & remissione cap. 2: Augustinus Homeliarũ. super Ioan hom. 16

nis eum relinqueret: ad salutem exaudiri promeruit non ad voluntatem: sue profecto expediebat saluti collaphizantem sathanam in paciētia ferre: proptea quod Christum dicentem audiuit: sufficit tibi Paule gratia mea: Nā virtus in infirmitate perficitur: consimiliter duobus Zebedei filijs: matre petēte, vt unus eorum ad dexteram Domini: alter vero ad sinistram in regno suo sederet: Christus respondit: nescitis quid petatis, nec eos (vt volebant) exaudiuit: sed ut ad eorū expediebat salutem: dicens, calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram & ad sinistram meam in regno meo: nō est meum dare: uobis: sed quibus paratū est a patre meo.

2.cor.12 · Math.20

Hinc autem euenit q̄ pauperes aliqui in spiritu orātes humili corde: & gemitibus enarrabilibus precantes: vt sibi ac famescentibus filijs cibū quotidianum prestare ipse Deus dignetur: nullatenus exaudiuntur, nesciunt enim quid perant: & ad eorum salutem non conducere Deus ipse prenouit: teste Augustino.

libro 2: de ora. cap. 20

Di.

Nihilominus Helie petenti pluuiam. Dum annis tribus & mensibus sex in Israel pluuia ipsa nō effluxerunt ad voluntatem Deus ipse concessit.

3. libro. Regū cap. 18. Iaco. cap 5. Luce. 4.

Phy.

Nouerat enim Deus pluuiam quam rogando exposcebat ei ad salutem conducere. Ob ib ad voluntatē ipsum exaudiuit Heliam.

Augu. lib. 2 ad simplicianum. q. 4.

Di.

Quempiam ergo ad voluntatem exaudiri magnū nullatenus arbitrari debemus.

Phy

Ne utiq̄: Diabolus enim ad voluntatem exauditus fuit dum Iob tentandi a Deo potestatem obtinuit Similiter Demones ad volūtatem exauditi sunt dū in porcos, quos petierant ire permissi sunt.

Iob. cap. 1. Math. 8.

Notula.

Vide Augustinū libro de verbis Domini, sermone

53.libro.2.ad Simplicianum q.4.libro Homeliarũ super Ioannem,Homelia.6.libro.1. de peccatorum meritis & remissione,cap̃.22.lib.de magistro cap.1 & sepius rimare:quid nãq3 sit orare in spiritu:dicẽte Christo.Ioan.cap.4.Spiritus est Deus.et eos qui adorãt,in spiritu & veritate adorare oportet:quod Augustinus p̃s.130.interpretari assolet, ut ille oret ĩ spiritu:qui in pace Ecclesie orat:ille idemtidẽ orat in ueritate:qui orat in Christo ipse enim veritas est Ioan.cap̃.14.

Ex quintodecimo Capitulo.

Contradictio Prima.

Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi:quid mihi prodest si mortui non resurgant?

Ephesios bestias appellat Paulus:declarat equidem Di- Matt.5: nam Christi norme se opponere ostendũt:ait enim, ego ãt dico vobis siqs irascitur fratri suo, reus erit Iudicio.Qui autem dixerit fratri suo. Racha,reus erit concilio.Qui autem dixerit fatue:reus erit gehenne ignis.At ipse Paulus nescio quid bestialitate turpius,Ephesiis imponere quiret. Ad quod quidẽ accedit:quoniam Paulus idemtidem nos in fide instruere volens,clamitat:corrumpunt bonos mores 1.Cor.15: colloquia mala,nonne mala colloquia hec sunt? homines bestias apud fratres vocitare?

Solutio.

Nolim te arbitrari mi Didyme Paulum cõtra Euãgelicam normam deliquisse. Dum nonnullos Ephesios bestias nominauit:nec enim in fratres suos ob id iratus est,nec racha,nec fatue eis dixit minime (vt autumare posses)quid Turpius fatuitate eis iniun- Phy.1

xit. Christus enim statuit, ut omnis qui fratri suo interius corde irascitur, odio eum prosequens, reus sit Iudicio eterni iudicis, qui precipit etiam, inimicum diligẽdum: dicẽs. Diligite inimicos vestros. Si quispiam dixerit fratri suo Racha: hoc est. Si iratus in fratrem suum: signo aliquo sensibili iram ostenderit: vt fremẽs dentibus dicat, hei haa, vel tortis oculis aspiciens eum, dixerit Racha: Reus erit concilio hoc est. Iste facile iudici: accusabit: vt det uite, tutelam fratri suo. quoniam malum animum in eum habere signo ostendit. Racha enim. (teste Augustino) dictio est hebrea: & irascentis animi motum significat: quam dictionem si latine interpretari cuperemus (Hyeronimo interprete) quid inane seu uanum significare inueniemus: vt illud idem sit alicui homini Racha dicere, & eum sine cerebro appellare, si autem dixerit fatue, reus sit gehẽne ignis. i. pena sensibili, quoniã fratrem suum in famem reddit: tria ergo mala in fratrem suũ aliquis tradere posset, odiũ internum primo, & grauiter peccat: usq; adeo ut iudicio eterni iudicis cõmitatur, nisi & ipse resipiscat & odium in amorem cõmutauerit, malum animũ in eum habere sensibili signo fratri suo si ostenderit hic consilio reum seipsum facit Nam iudici accusatus, ad tutelam vite fratri suo porrigendam: consulto cogetur, si vero infamiã proximo suo impinxerit, dicens ei fatue: eterno discrutiabit igne. Ad qui Paulus, dum ad bestias ephesi pugnasse depromsit, nec odio eos prosequutus est, quin eos ad veritatem currere toto corde inhiabat, & ad salutem redigere totis viribus laborabat, neq; iratum animum in eos habere signo aliquo ostẽdit minime & infamias eis intulit, nullatenus itaq; in Euangelium deliquisse Paulum iure astruimus.

Matt. 5.

libr. 2. de doctrina christiana cap. 11. super Math, ca. 5.

Nonne

Nonne infamiam ephesiis intulisse Paulū dices. Dum eos bestias appellat? quid enim bestialitate vilius? Di.

Age Didyme noli irasci queso: Ephesii illi in quos Paulus spiritu inuehitur negātes resurrectionem, adeo bestialiter uiuebant ut dicerent. Māducemus & bibamus cras enim moriemur et nostrum cum sonitu peribit memoria Propterea Paulus eos bestias appellat: bestias inq̄ idest bestialiter uiuētes, sine ratione uentris luxui deditos neq; ex hoc infames ipse eos efficiebat sed infames esse denunciabat. Ait enim peccantes coram omnibus argue, vt & ceteri timorem habeant. Phy. 1.Cor.15. 1Timo.15

Notula.

Legito Augustinum libro.9.confessionum cap.13. libro. 2. de doctrina Christiana cap.11.super Mat. cap.5.& rimare excerptum Pauli ad Titum cap.1 Cretenses semper mendaces male bestie uentres pigri: quod ante ipsum Epimenides dixit.

Contradictio secunda.

Omnes quidem resurgemus sed non omnes immutabimur.

Ex resurgentium cetu neminē eximit Paulus, sed omnes tam mares quā femellas electos & reprobos ad vniuersale surrecturos iudicium adstruit nihilominus Dauid electos dumtaxat surgere debere firmare videtur dū dicit. Ideo non resurgūt impij in iudicio neq; peccatores in consilio iustorum. Di. 1.Cor.15. ps.1

Solutio.

Resurgent nempe iusti & iniusti. Aliter euāgelium naufragaretur. Ait enim. Tunc dicet his quia sinistris eius erunt, Ite maledicti in ignem eternum: quamobrem scias mi Didyme non eodem fine Phy. Matth.25

omnes resurrecturos: aliqui enim exurgent vt iudicentur et iudicent. Et hi electi sunt: hāc iudicādi potestatem Apostolis spopōdit Christus dicens sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes duo-
Math.19. decim tribus Israel iudicabunt quidem et ipsi ex assessoria dignitate qua etiam potestate potiri debere omnes electos pre ordinauit inquiens. Viri niniuite surgent in iudicio cum generatione ista et condemnabunt eam Iudicabuntur profecto omnes iusti nec non & ipsi iudicabunt ex iuditij approbatione nonnulli vero (quos longe plures arbitramur) sic in iudicio surgent, vt iudicētur dumtaxat: tales impij sunt multis sceleribus et peccatorum sordibus fedati de quibus omnibus euangelista concludit. Et q bona fecerunt ibunt in resurectionē vite qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij. Dum itaq; Dauid impios in iuditio non resurrecturos dicit eo sine quo iusti resurgēt intelligit, vn vt iudicētur & iudicent. Sed bene resurgēt ab omnibus diiudicandi ad penam: et huiusce disparis resurrectionis causam assignans propheta ait.
Ps.I. Hoc est quoniam nouit Dominus viam iustorum et iter impiorum peribit: vnde Paulus nescitis quoniam Angelos iudicabimus? Apostathas scilicet: rem tenes mi Didyme?

Di. Rem teneo profecto: sed dic sodes pater Philothea quid sibi vult articulus ille fidei: inde venturus est iudicare uiuos et mortuos? nunqnid aliqui in iudicio erunt. Qui nunq̄ mortis iaculis ferientur?
Articulus Matthei

Phy. Neutiq; sic credendum arbitreris nemo etenim reperietur qui mortis Aconita non ebiberit, inquit
1.Cor.15. Paulus Oportet enim corruptibile hoc induerit in corruptionem et mortale hoc induere immortalita

tem quam quidem legẽ Apoſtolus alibi expreſſit, dicens. Statutum eſt homini ſemel mori Auguſtinus enim articulum illum bifariã interpretatus eſt per viuos namq; eos nos intelligere autumauit. qui vſq; ad illum diem inuita degent: vel viuos nominat illos articulus q̃ viuent vita gratię et mortuos qui morte pecati obierint ac ſi dicat viuos & mortuos hoc eſt iuſtoset iniuſtos electos et reprobos. Enohc ergo et Helias q ĩ paradiſo voluptatis dahuc viuunt (ſecundũ ſcripturas) emorientur prius vt poſtea ad iudicium reſurgant? Hebr. 9. lib. de fide et ſymbolo cap. 8. Di. Geneſis. 5. Eccl. 44.

Rem tenes Edepol morientur & ipſi vt fiat corporum metamorphoſis habent enim corpora animalia quę neceſſario incinerari debent vt tranſmutẽtur in corpora ſpiritualia. Ait enim Paulus ſeminatur corpus aĩale ſurget corpus ſpirituale et rurſus prius quod eſt animale deinde quod eſt ſpirituale qua etate quot oue annorũ numero reſurgemus? li. 4. rec. 2 Phy. 1. Cor. 15. Di.

Auguſtinus dicit omnes etate qua Chriſtus ꝓ nobis crucis patibulum ſubſtulit reſurrecturos: nanq; Paulus hoc deprompſit dum dixit Donec occurramus omnes in virum perfectum in mẽſuram etatis plenitudinis Chriſti. Phy. lib. 22. de ciuita. dei. cap. 15. Ephe. 4. Di.

De corporum reſurgentium ſtatura quid nos ſatagere tulit Auguſtinus eadem vel diuerſa corporis mole omnes reſurgemus? Phy.

Non pari ſtatura hercle omnes ſurrecturos opinat Aug. ſed vnus maior alter minor: hic gracilis ille vero pinguis. lib. 22. de ciuita. dei. c. 14. & 15. Di.

Pueri autem infantili etate decedentes eadem corpora et ita parue longitudinis vel maioris reſurgent?

Audi Paulum. Donec occurramus omnes in virũ perfectum, ea igitur corporis mole tunc pueri ſor- Phy. Eph. 4.

tientur, quam habuissent, si Christi etatem in hac
lib: 22. de ciuita: dei Cap. 13. vita peruixissent: quod etiam de abortiuis qui cũ essent animati in vtero mortuũ mortẽ delibarũt, sentiendum esse ipse identidẽ Augustinus opinatur.

Di. Mutabunt ne viri aut femelle sexum?

Phy: lib. 22. de ciuit. c. 13. Non mutabunt vtiq; inquit Augustinus, Christus
luc. 21. nempe spopondit, dicens, capillus de capite vestro non peribit nec ob id inficiaris, vt putes pudenda ostendere tunc non licere, nulla enimuero manebit tunc libido, nulla ĩ parte sensitiua carnis voluptas,
matth. 22. nulla deniq; verecundia. Ait veritas, in resurrectione erunt homines sicut Angeli Dei.

Di. Resurgent ne monstra? aderũt ve ibi gibosi & claudi? Anibal ille cartaginensis dum exurget erit ne luscus? de quo iuuenalis. Dum getula ducem por-
satira, 10. taret bellua luscum.

Phy: lib. enchy. cap. 87. Monstra resurgent quidem, nec monstri figurã deferẽt, sed pfecti viri hercle asserit Augustinus, Hieronimum sancte memorię virum, scriptum reliqsse, & nonnullos fidelissimos oculis conspexisse hominem bimembrem in oriente natum quem geminũ & ipsi iudicarũt, vt duas contineret animas, duoq; homines forent: ob id eos corpore & anima secernendos ponit ipse idem Augustinus, quãobrẽ animata monstra in humanam figuram exurgere debere tenemus.

Quod autem expostulas, an Anibal ille in quo vindex cannarum anulus extetit, ad iudiciũ luscus accedet? ignota petis mi Didyme: nemo vnq̃ de vnoquoq; resurgentiũ statura vel aspectu singulariter rationem adamussim reddere quibit: clamat
Rom. 11. nanq; Paulus. o altitudo diuitiarum sapientie & scientie Dei, quam incomprehẽsibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vie eius. Circa singulares p

ſonas intelligendum eſſe ſcias Qua propter . ex Auguſtino tibi aperiam quod omnes electi, mares ſunt vel femelle abſq; vlla corporis deformitate exurgēt: ſcribitur enim capillus de capite veſtro nō peribit: de reprobis vero nullatenus curandum te montium volo. Neſcimus enim inquit Auguſtinus. Nec de eis ſcriptura meminit. Quoniam eorum nomina de libro viuentium delecta ſunt.

Notula.

Vide Auguſtinum libro de fide & ſymbolo cap .8 libro. 22. de ciuitate. Dei cap. 13.14.15.& 17. libro Enchri.cap. 87:90.& 91. legito eū lib. de hereſibus capitibus:18.20.& 21. referentem heretichorum nomina qui carnis & mortuorum abnegabant reſurrectionem: heretici hi ſunt, Cayani: Archanici: Cerdoniani. Imeneus vero et Philetus quos Paulus a veritate reſurectionis excluſiſſe teſtatur. 2. Timothei cap. 2. reſurrectionē factā eſſe arbitrati ſunt. Dū Chriſtus a morrtuis ſurrexit queadmodū declarat Auguſtinus Epiſtola. 119. ad Ianuarium.

Epiſtola ſecunda ad Corinthios.

Ex tertio Capitulo.

Contradictio vnica.

Litera occidit: ſpiritus autem viuificat.

Dum Apoſtolus literam occidere cōteſtatus eſt p̄ literam Moyſis legem eum intellexiſſe adſtruit Auguſtinus. eſt itaq; ut dicat. Lex Moyſis occidit: uerum ex Leuitico oppoſitum nos haurimus. Ait: n. Moſes Dei perſonam gerens: cuſtodite legē meā: atq; precepta que faciens homo viuet in eis. quam quidē ſententiam ipſe idētidem Paulus authoritate ſcripture affirmauit, ad Romanos inquiens.

Di: 2.cor.3. lib. de ſpū et litera. c. 4.5.&8. cap.18. cap.10.

Moyses enim scripsit quoniam iustitiam que ex lege est qui fecerit homo viuet in ea. Igitur ne dum Moysi verum sibimet ipsi contradicere studet.

Solutio.

Phy. N. de spū & lra. c. 5. 18. Lex quidem Moysis absq; dono fidei animam potius interimebat: q̄ viuificabat: non causaliter sed occasionaliter Quam quippe veritatē metiri intēdens Augustinus: inquit in hoc Euangelium a lege distat: quoniam Euāgelium precipit opera ad salutem salubria: que quidē nemo sine fide: efficere valet: nihilominus antidotum istud consulto apponit

Math. 19. 10. 15. vt hominē certiorē reddat: dicens. Si vis ad vitam ingredi serua mandata: & statim intulit perpēdite filioli: sine me nihil potestis facere: lex aūt precipit eadem seruanda: que itidem sine fide seruari nō possunt: nec tamē eos admonet arbitrij vires se moto Dei speciali auxilio: quod fidei porrectionem dicimus inanes esse: ob id occidit animā hercle occasione peccādi: ad quod ex ꝓpria officina paradygma de Rege illo apponimus: qui populo ignorāti: quid foret schale vsus indulsit: vt si quispiam Atriū Regium miro constructū ornatu scanderet, illud ad uitam inhabitaret felicem: ea propter pauci Regi per grati: quibus ipse schale patefecit usum: huius atrij

Aug. li. 13. de ciui. dei ca p. 5. 2. ca. 3. 1. Cor. 15. effecti sunt possessores: vnde tria in vnum sub obscura Pauli excerpta colligimus. Hoc primum ad Corinthios inscribitur litera occidit. Et illud annectitur, virtus vero peccati lex: ac si dicat lex ē peccati robur. Nā sine fide lege mandante increbescūt peccata. His additur tertium occasione aūt accepta

Ro. 7. per mandatum: peccatum operatum est in me omnem concupiscentiam, en uides mi Didyme legem occidere peccatūq; augere occasione, precipit nēpe que sine fide nullatenus adimpleri queunt, nec fide

necessitatē nobis pandit?& ea de causa ipsa,q̄ Euā gelium nuncupatur peccatū interimit & sempiter nam vitam anime prestat: semina etenim vite seminator seminauit:dum precepta Euangelica fide cōspersit:clamat hercle,qui credit ī me etiā si mor tuus fuerit viuet.et est vt dicat(teste Augustino)q̄ fides que per dilectionē operatur opera legis euan gelice:hominē a morte peccati eximit & ei sempiterna vitæ incrementa prebet. Matt.20. Io.11. lib. de fide.& operibus. c. 14.

Bella quidem sunt tua verba pater Phylothee: ni hilominus excerptum leuiticum hactenus non deli bauimus. Ait enim. Custodite leges meas atq; pre cepta:que faciens homo viuet in eis:cui etiā Paulus ipse testimonium reddit prout superius concla matum fuerat:quid satagendum iubes? Di. Cap.18. Ro.10. Phy.

Ex legis iustitia vitam spiritualē & sempiternā nō spopondit Moses:sed uitam dūtaxat corpoream & tēporalem. Ait enim Paulus si enim data esset lex:que posset viuificare uere ex lege esset iustitia. Nam ex legis transgressione mortis penam Hebrei incurrebāt & sanguinis precium atrociter per soluebāt:quod quidē in adulterio blasphemia et pa rentum honore apertissime dignoscitur: sancitum etenim ex lege cōperimus:qui blasphemauerit nomē domini morte moriatur:& rursus,qui maledixerit patri uel matri morte moriatur. Necnō adulteros lapidandos ipsa lex iubet:qua etiam pena in illum qui sabbatis exiit ligna colligere funebriter uindicauit:ac in filiū matris: Egyptie qui blasphe mauerat in Deum similiter ulcionem dedit. Gal 3. Exo.24. Exo.2c. leui.20. Io.8. Aug.lib.9 noui & ve teris testa q.102. lib.nume. 15.leuit. Cap.24.

Age sint hec benedicta: sed cur lex Moysis litera: Euangelium uero spiritus nuncupari promeruit? Duo enim testamenta sunt,literis,characteribus et signis homini ad seruandum commissa. Dy. Gal.4

Non ab re legem Moysis literam nominauit Paulus. Euangelium vero spiritus: nam lex illa in duabus tabulis lapideis scripta fuit. & per hominē homini tradita a Deo: Euangelium aūt in tabulis cordis: non atramēto: sed spiritu Dei viui impressum carnalibus. Ait nempe. Epistola estis Xp̄i ministrata a nobis & scripta non atramēto sed spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis: sed in tabulis cordis carnalibus.

Phy. Aug. li. de spū & lra. cap. 14. Exo. 32.

Di. Eo huiusmodi dubitatio apud sapiētes increbuit: videlicet: quonāq; pacto litera que lex sancta & imaculata inscribitur animā perimere queat: ut plures. ex Augustino dilucidatione intelligere inardescat animus. Quāobrē quoad uixero huiusce interpretatiōis memor ero & assidue dicā: q̄ litera occidit: absq; fide: quoniā ea seruanda precipit que nullatenus sine fide expleri queunt: nec declarat arbitrij humani imbecillitatem, uerū enimuero si aliam interpretationē callerē hylariter depromerem: dic ergo queso Phylothee nouū interpretandi genus.

ps. 18.

Phy. Augustinus, alibi hoc pacto interpretari cōsueuit: litera occidit, quoniam facit hominē dinoscere peccatum: quod tamen sine fide non delet; ait Paulus. Nā si ex lege iustitia, ergo Xp̄s gratis mortuus est.

li. de spū et litera ca. 5. Gal. 2.

Notula.

Videto Augustinum libro. 13. de ciuitate Dei cap. 5. libro de fide & operibus, cap. 14. libro questionū veteris & noui testamēti, questio. 102. libro de spiritu & litera, cap. 14. & 45. Et p̄pendas queso lector quoniam litera que est lex Moysi, currente Euāgelio, omnino interficit: asserit enim Paulus Gal. 5. Si circūcidimini nihil uobis p̄dest Xp̄s: & rursus. Eiici ancillam & filium eius. Galathas. 4. Agar. s. & Ismaelem filium uetus figurantes testamētum.

Ex Quinto Capitulo.
Contradictio vnica.

Nolumus expoliari sed superuestiri.

Si verba apostoli bene librauerim: hanc deprome re veritatem voluisse ipsum rear. Dum enim dicit, Nolumus expoliari sed sup vestiri: huiusmodi anteponit verba: nã & q sumus i hoc tabnaculo igemiscimus grauati: eo q nolumus expoliari sed superuestiri: ac si aperte dicat: quo us inuita nos degimus, uitales operationes in tabernaculo humãi corporis exercẽtes: ingemiscimus cupidine vite beate & tali corpore grauati, nolumus expoliari veste corporis, sed supuestiri: hoc est nolumus mori quĩ ardentissimo inhiamus amore aliam vitam: si possibile illã cõsequi foret absq; morte: fateẽ itaq; Paulus neminem mortem preoptare: seipsum etiam aliorum numero propria voce immiscens: nihilosectius ad Philippenses dum epistolium exarasset: dixit: Cupio dissolui & esse cum Christo. Ecce palã conspicimus talem palinodiam componere Paulũ qui mox. Apologiam exquirat: quid sentiendum mandas perdocte Phylothee?

Di. 2. cor. 5.

Cap. 1

Solutio.

Cupidine naturali queq; uiuentia: homines & bruta vsq; adeo presentem cupiunt vitam: vt mortem tanq; malum naturę infestum exorrescant; naturaliter enim omnia esse appetũt: & illius causa agũt quecunq; agunt secundum naturam: quo sit ut omne animal propriam salutem tueri desideret, mortẽ perniciemq; deuitet. Rationali vero desiderio multoties nonnulli hanc vitam in mortem cõmutare exardescunt: ut feliciorem adipiscantur uitam. Dũ itaq; Paulus nolle mori contestatus est: et suum &

Phy. Aug. libro 2. de Doctrina christiana. Aristo. 12 lib. de aĩa Boetius.

aliorum naturalem expressit appetitum: cum vero sui corporis dissolutionem se preoptare aperiret, rationalem cupidinem ostendit: vt Christum lucrifaceret, clamat nempe: mihi viuere Christus est, & mori lucrum.

Phili. 1

Notula.

Legito Augustinũ lib. 3. de Trinitate cap. 4. libra re libeat tibi lector verba augustini, libro. 1. de Ciuitate dei cap. 22. asserentis, Philosophum, quẽdam theobertum nomine, perlecto Platonis libello, in quo de anime ĩmortalitate adamussim disseruit: felicioris vitæ robusta spe, de muro se precipitẽ dedisse: et sic ex hac uita migrasse quale enim facinus tibi patrandum nullatenus cõsulerem: impium. n. extat proprium sanguinem funebriter effundere. It alienum sanguinem effundi non debere lex sancta pie iubet: vt habet Geñ. 9. Exodi. 20. Math. 19. Rimare ad huc excerptum ex lib. reuelationis cap. 9 In die illa desiderabunt homines mortem: & fugiet ab eis: & limpidius intueberis ad euitandam miseriam homines nonnunq̃ mortis iaculis ferire preoptasse.

Ex Octauo Capitulo.

Contradictio vnica.

Prouidemus enim bona non solum coram Deo: sed etiam coram omnibus hominibus.

Di. Matt. 6. Rom. 12 2. Cor. 8.

Discipuli authoritas magistri authoritati ne utiq̃ preualere deberet. Quis ergo a lachrimis abstinere valeat: dum discipulum in magistrum ĩsurgere cerneret ait Christus. Attendite ne iustitiam vestrã faciatis coram hominibus: Paulus vero corã omnibus opera pietatis nobis persoluenda cõsulit: dicẽs

prouidemus enim bona non solum coram Deo sed etiam coram omnibus hominibus.

Solutio.

Si ex hoc Paulũ Christo contradicere arbitramur Phy. magis profecto Euangelium Euangelio opponi cõ Matth.6 periemus. Ait enim. Attendite ne iustitiam vestrã Matth.5 faciatis coram hominibus: quod pauloante santie rat; luceat lux uestra coram hominibus: vt videant opera uestra bona. Quamobrem humanos effectus sic fine mensurari scias mi Didyme: ꝙ si quispiã iu stitiam suam in conspectu hominum efficiat ut ui deatur ab eis, & apud homines gloriã sortiatur: re Matth.5 cepit & ipsemet Hercule mercedẽ suam. Ait enim attẽdite ne iustitiam vestram faciatis coram homi nibus: ut videamini ab eis nõ utiq; prohibet opera iusta coram hominibus fieri debere: sed ne tali fine fiant: quo ab hominibus & non a Deo mercedẽ ip se adipiscatur: si vero eo fine bona pariat opera, vt bene faciẽdi normam proximo exhibeat: & gloria eterno patri porrigatur: premium ab eo prestolat᷑ Dum igitur opera in occulto efficienda euangeliũ iubet: ad repellendam iactantiam sancte monet cũ uero palam nos operari hortatur: ut benefaciendi alis exemplum prebeamus: pie consulit: inquit nẽ Matth.5 pe ut uideant uestra bona opera, et glorificent patrẽ vestrum qui in Celis est.

Notula.

Legito Augustinum libro de gratia noui testamen ti ad honoratum cap.31. libro de verbis Dñi secun dum Mattheum. Sermo.2. & rimare excerpta hinc Matthei.6. Cum facis elemosinam nesciat sinistra tua quid faciat dextera: inde vero comẽdemus nos metipsos ad omnem conscientiam hominum in cõ spectu: Dei & Augustini dicta per curras. ps.49.

Ex vndecimo Capitulo.

Contradictio vnica.

Quoniam multi gloriantur secundum carnem: & ego gloriabor.

Di. Gloriari & ipsum velle: quasi arrogāter spopōdit
2. cor. 11 Paulus. Necnon promissum exoluit: dum generis nobilitate. et Apostolica dignitate, neminē sibi preponi patitur: dicens, Hebrei sunt, & ego. Israelite sunt, et ego: semē Habrahe sūt, et ego: ministri xpi sunt, et ego: & alibi. Ego qdē circūcisus octauo die
Phyli. 3. de gñe Israel de tribu Beniamin hebreus ex hebreis: & secundū legē phariseus: et alio loco. Qui ope
Galat. 2 ratus est Petro in Apostolatu operatus est & mihi inter gentes: verum enimuero oppositum asserere
Cap. 6. ostendit: & sibi cōtradicere: eum ad Galathas Epistoliū dirigens: inquit: mihi aūt absit gloriari nisi ī cruce dñi nostri Iesu Xpi: nec ab re profecto: Euāgelium ad hoc nos impellit enimuero, vt propriā
Iaco. 8 gloriam vnusquisq; tanq̄ inanē repellat, scriptum est. n. Si ego glorifico me ipsū gloria mea nihil est.

Solutio.

Phy. Quempiam gloriari bifariam intelligere quibis mellite Didyme, interius. s. ad iactantiam, vt hominibus aliquid esse et ipse videatur, quo nāq; pacto gloriari non expedire, ait Paulus. Alias autem
2. cor. c. 12 quisq; gloriari poterit exterius, ut emergētes errores expellens sui exemplo fratres in fide cōfirmet. Quoniā pacto gloriatus est Moses dum de semet
Libro numeri ca. 12 ipso sic reuerenter Honorificeq; verba depromsit.
Ioā. ultimo Erat enim Moyses mitissimus homo. Cuius voces imitatus Euangelista clamauit. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hec & scimus quia uerum est testimonim eius, nec

non Mattheus de seipso verba faciens, ait. Vidit Iesus hominem sedentem in theloneo, Mattheum nomine. Et huiusmodi genus glorie proprio hominis ori nõ exordescere asserit Augustinus. Quoties itaq; Paulus gloriari velle canit: hoc fine scilicet intẽdit: vt errores nõnullos demoliatur: & fratres ad fidẽ pertrahens in his que ad fidẽ sunt eoꝝ firmare ualeat. Quod quidẽ ipse idemtidem expressit: cum dixit, pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nihil: nisi in infirmitatibus meis: & rursus, libẽter igitur gloriabor in infirmitatibus meis ut inhabitet in me virtus Christi.

cap.9. Lib.22. de ciui.dei. 2.cor.12.

Notula.

Videto Augustinum libro de verbis domini ser.20 & libro psalmorum. p̃s.118. nec ob id inficiaris: vt propriam mox abijciendam gloriam opineris: inquit Paulus. 1. cor.9. melius est mihi mori: q̃ ut quis gloriam meam euacuet.

Ex Duodecimo Capitulo.

Contradictio vnica.

Scio hominem ante annos quatuordecim siue in corpore siue extra corpus: nescio Deus scit. raptum huiusmodi usq; ad tertium celum: & scio huiusmodi hominẽ siue in corpore siue extra corpus nescio: Deus scit: quoniam raptus est in Paradisum. & audiuit Archana Dei que non licet homini loqui.

Concordi spiramine omne sapientes interpretãtur Paulum de semetipso super inducta verba ferẽtem asserere. Triduo illo sue conuersionis se raptum ad

Di. 2.cor.12 Act.9.

Empireum Cælum ibiq; Archanos Diuine sapiētię conceptus intellectualiter audiuisse. Quos quidē homo inuita degens mortali nullatenus explicare valeret: quoniam Deum siue incorpore siue extra corpus tali visione se vidisse fatetur, quali nempe beati eum assidue intueri letantur. quemadmodum Augustinus expressit: eum beatū beatitudine horaria fuisse contestans: veruntamē hoc recantasse uidetur: oppositum asserēdo: dum dixit. Solus Deus habet immortalitatem, & lucē habitat inaccessibilem: quem nullus vnq; hominū vidit: sed nec uidere potest. En pugnantia verba cernis pater Phylothee: vt Deum neminem usq; vidisse adstruat Paulus: neq; eum quempiam videre posse: & tamē sibi tantum arrogat, vt Deum vidisse temere fateatur.

Libro. 83. quest. 9. ante penultim. ad orosiū. 1. Timot. Cap. 6.

Solutio.

Phy: Perpendas queso Didyme: quātum ex Augustino colligere quimus: tria visionis genera in scripturis sanctis reperiuntur: primū. nempe visio corporalis esse fertur, qua quispiam oculis corporeis aliquid corporaliter intuetur Dei solius munere quod quidem adstantium nemo secernit: quo namq; visionis genere. Adam in statu innocentie Deum vidit: eiusq; vocē audiuit. Abraham tres viros (quos tres Angelos fuisse Augustinus testatur) sub ilice mambre conspexit: eo etiam videndi modo moses deum in ardenti rubo intuitus est: necnon eo visionis genere Deum ipsum cernebat. Dum eū Dominus facie ad faciē alloquebatur. Sicut solet loqui amicus cū amico suo. Petrus Iacobus & Ioānes sic Dominum transfiguratum: Mose & Helia in mōte colloquentibus viderūt. Ac etiam Stephanus celū aspexit apertum, & Iesum stātē a dextris virtutis Dei. Quedam vero visio imaginaria nūcupatur: quādo

Primum. Genesis. 3. Libro. 16. de. ciu. dei. cap. 29. Gene. 18. Exo. 3. Exo. 33. Mat. 17. Act. 7.

non res ipsas sed rerum similitudines conspicimus, quo quidem pacto Iacob schalam celum sumitate tangentem: Pharaoq; spicas & vaccas insomno p- spiciebat. Esaias autem Dominum sedentem super solium excelsum contuebatur. Et Petrus discumbe celo submissum, Ioãnes consimiliter quicquid apo calipseos codicillo se vidisse cõscribit, hoc uisionis modulo dinouit: teste Augustino. Extat tertium uisionis genus quod intellectuale nominare assuesci mus. Hec autẽ visio bipartitur, quandoq; enim ab stractiua est, per speciem quandam intelligibilem que est rei uniuersalis similitudo: qua etiam arguiti ue humanus intellectus cuiuspiam rei cognitionem uenat, hoc nempe genus cognoscendi Deum ipsi usq; sempiternam virtutem, ac uniuersa inuisibilia docuit Paulus, dum dixit. Inuisibilia Dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur, summa quoq; virtus eius et diuinitas: quo qdẽ modulo philosophi naturali indagine Deum esse unum, a quo celum pẽdet & natura indaga ti sunt quoniam entia nolunt maledisponi: pluralitatem principantium non fore bonam arbitrati sunt: nosq; omnes celi altitudinem nostrorum intellectum imbecillitate metiri volẽtes. Tali cognitionis genere assidue utimur: ut ex rebus creatis arguendo ad increata feramur: cuius rei paradigma Christi uirguncula Chatherina nobis exhibet, dum Maxẽtio Imperatori Maximiani Augusti filia Deum vnicũ noscendi modum prebens, ait. Mirare Celum et terram et omnia que in eis sunt: mirare ornamenta celi. Solem Lunam & Stellas: & cũ hec omnia noueris interroga & disce quid sit omnium patrator: & cum eum dominum esse inueneris, ipsum adora: ipsum glorifica. Alia vis.o intellectualis intuitiua co-

Gen. 28
Gen. 41
Esa. 6.
Act. 10.
lib. 12. sup. Gen. cap. 2
Rom. 1
1. lib. meth. 7. ca. 38. ac 7. ultimo
Exẽplum dictu.

gnitio appellatur: qua rem presentē & in propria existentia existentē mentis oculis intuemur: et hoc videndi munere solum beati in patria potiuntur: ipsi enim clare Deum vident. Ait Paulus, nunc autē in enigmate per speculum, tunc autē facie ad faciē. & rursus, nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum: contestante Ioāne. Videbimus eum sicuti est: & hoc beatorum priuilegio potitus est Paulus in raptu: vt deū clare sicut Angeli vident, & ipse dinouerit: quemadmodum Augustinus: pluribus in locis declarando asseruit. Dum itaq; Paulus se vidisse Deū cōtestatur: sic tenendum esse ducimus, vt credamus eū visione intuitiua (singulari priuilegio) & beatifica, quali Angeli Deum assidue intuentur, horariā tamen nōdum permanente eum uidisse. Cū vero ipse idem Paulus clamat q nullus hominum vnq; Deū vidit nec videre potest, corporis oculis in propria essentia neminem eum vidisse asseuerādo affirmat. Hoc enim notitie genere non est ipse Deus noscibilis: dixit ad Mosen, non videbit me homo & viuet. Cuius voces spiritu sancto dictāte, imitatus Euāgelista cecinit. Deū nemo vidit vnq;: oculis corporeis ī ppria essentia non posse videri satagendū ducamus, que omnia Paulus idemtidē testimonio Esaie deprompsit dicens, oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, que preparauit Deus diligentibus se: habes ne mi Didyme?

Margin notes: 1. Cor. 13. — 1. Cano. 3. — Lib. de videndo deū ad probā. lib. de uidēdo deū ad paulinā li. 83. q. q. āte penultima ad orosiū & 12. li. super gcn. ad literam. — Exo. 33. Io. cap. 1. — 1. cor. 2. Esa. 64.

Di. Habeo Hercle. Sed audi queso pater Phylothee qd mihi denuo in mentem venit. Paulus se raptum ad tertiū cælum verbo firmauit. Sed ignorare fatetur: an in corpore seu extra corpus: illuc delatus fuerit. Tu autem quid mihi sentiendum iubes?

Phy. Pari concordia sapientes opinati sunt, nullatenus

animam

animam corpus dereliquiſſe vnde Auguſtinus aſ Ps.30.
ſerit Raptum eſſe mentis alienationem a corporeis ſenſibus tunc nempe mentis exceſſum patiť quiſpiam tunc in ęxtaſim deuehitur tunc deniq; rapitur cum intellectus eius a corporeis phãtaſmatibus vſq; adeo abſtrahitur vt nullo pacto ab organicis potentijs in operando pendeat et tunc intelligit non per phantaſmata:ſed per immiſſionẽ ſpecierum : aut intuitiue: ſicut Paulus Deum nouit. Ideo inquit Auguſtinus. Dum rapitur aliquis, ſeu mentis patitur exceſſum cetera interna quodã- Ps.30.
modo de eius delabuntur memoria .

Hoc ſolo diſcrutior ut aſſerere cogar Paulũ clarius Di.
Deum vidiſſe in raptu q̃ Adam eum in paradiſo delitiarũ nouerit :qui facie ad faciam eũ alloque- Geñ.3.
batur,et vocem eius deambulantis ad auram poſt meridiem audiebat .

Quid ni?Adam enim viſione corporali corporea Phy.
aliqua ſub imagine Deum videbat & intellectuali notitia eum noſcebat per ſpeciem quandam eius intellectui a Deo immiſſam clare eũ repreſentãtẽ Aug.li.de
Paulus autem intuitiue in raptu eum dinouit. videndo

Quid de Moſe?de quo ipſe idem teſtimoniũ perhi Deum ad
bẽs ait loquebatur Dominus ad Moyſen facie ꝑd Paulinam Di.
faciem ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum? Exo.33.
Per ſpeciem quandam clare Deum repreſentãtem Moſes ipſe eum agnouit nec vnq̃ illum intuitiue Phy.
perſpexit niſi per imaginem corpoream oculis corporeis corporea viſione (vt iamiam dicebã).Ait Exo.33.
enim Deum rogaſſe et dixiſſe Domine oſtende mihi gloriam tuam.Cui Dominus faciem meã nõ uidebis poſteriora autem mea tantum uidebis:hoc Aug.cõtra
eſt:uidebis me per ſpeciem non autem facialiter & Maximi.
intuitiue quia non uidebit me homo et uiuet : ac ſi

dicat:nõ poteſt homo in vita iſta mortali degens
num II.3 Cap.26. me intuitiue(ſicut beati in patria vident) intueri.
Verum enimuero in libro numeri memini me le-
Di. giſſe ore proprio Deum depromſiſſe hec verba:
Cap.12. Ore enim ad os loquor ei palam et nõ per enigmata et figuras Deum videt quid nam ſibi volunt huiuſcemodi verba ſapientiſſime Phylotheę? niſi Moſen Deum clare et intuitiue cõprehendiſſe non enigmate necꝫ per ſimilitudines ſeu figuras.

Phi. Lib.de uidẽdo deũ. Ad Paulinam. Rei ſcopum tetigiſti Didyme Auguſtinus enĩ hec uerba Moſen inculcantem audiens: dicit. Ipſum quandocꝫ Deum etiam intuitiue nouiſſe. Speciali Dei munere raptum verum ſacra nõ pandit ſcriptura vbi & quãdo velut Paulus de ſemetipſo:diſſerens ſui raptus tempus adnotauit.

Notula.

Legito Auguſtinum libro de videndo Deũ ad probam:eodem libro ad Paulinam:libro:83.queſt.q. antepenultima quę eſt:81.libro.3.contra Maximinum cap.26.li.pſalmorũ p̃s. 30.lib.12. ſup̃ Gene. ad literam.Et rimare ſcripturam extaſim ſeu raptũ proteſtantem:ex Dauide in primis.p̃s.115.Ego dixi in exceſſu meo omnis homo mẽdax ex actis apoſtolicis ca.10.Aſcendit Petrus in ſuperiora vt oraret circa horam ſextã et cum eſuriret voluit guſtare: parantibus autem illis cecidit ſuper eũ mentis exceſſus et vidit celum apertum Conſimiliter ex Paulo.2.Cor. cap. 12.Scio huiuſmodi hominem raptum vſcꝫ ad tertium celum et ſepius animo mẽ teue perluſtres illud Pauli excerptum.2.Cor.cap.5 Audientes et ſcientes quoniam dum ſumus in hoc corpore peregrinamur a domino per fidẽ enim ambulamus et non per ſpeciem.Audemus autẽ:et bonam voluntatẽ habemus magis peregrinari a cor-

pore et presentes esse ad dominum, hoc est cogno-
scimus Deum quo adusq; in corpore sumus per fi
dem ex reuelatione scripturarum non clare per spe
ciem aliquam distincte representantem nā qui per
speciem clare representantem Deum ipsum cogno
uerunt: speciale ab eo sortiti sunt munus: sis me-
mor lector huiusmodi Pauli non mediocri admira-
tione dignum mentis excessum Dauidis spiritu no
bis inculcatum per tempora fuisse. Ait enim ps.
67. Ibi Benignamin adolescentulus id mentis ex-
cessu: eo enim anno quo Stephani neci et ipse inter
fuit mentis excessum passus est Paulus. Cum ado-
lesceret secundū scripturas actorū ca. 7. quibus de
tribu Benignamin seipsum nominat vt habetur ad
Philippen. cap. 3.

Epistola ad Galathas.
Ex primo Capitulo.
Contradictio prima.

Paulus Apostolus non ab hominibus neq; per hominem: sed per Iesum Christum: & Deum patrem.

Di. Gala. 1. Act. 13.

Apostolum seipsum nominat Paulus: hoc est mis-
sum nō ab hominibus sed a Deo patre per Iesum
Christum oppositum vero Lucas adnotauit: dum
dixit. Apostolos orantes misisse Paulum et Barna
bam ex Antiochia. Tunc ieiunantes et orantes im-
ponētesq; eis manus dimiserunt illos: qui ex An-
tiochia Seleutiam abierunt inde vero Ciprum na-
uigauerunt.

Solutio. Phi.

Longe enim hec duo sese certant in Apostolum ele
gi et in Apostolatus dignitate firmari Paulus. n.

a Deo per Iesum Christum ad Apostolatum est inuitatus ab Apostolis quandoque cōmilitonibus signo spiritus in Apostolatus exercitio cōfirmatus Hoc quidem Paulus ipse nobis patefecit dicens.
Gal.1. Notum facio vobis fratres Euangelium quod euāgelizatum est a me: quia non secundū hominē neque enim ego ab homine accepi illud neque didici sed per
Act.9. reuelationem Iesu Christi Cui adstipulatur Lucas adstruens Xp̄m Paulo aduocato dixisse Saule saule cur me persequeris? Et rursus. Ananiā alloquens Xp̄s dixit. Vade quoniā vas electionis est iste mihi, vt portet nomen meum coram gentibus. Dum itaque coapostoli Paulum & Barnabam dimiserūt. illud enim Deo mandante effecerūt clamauit nāque
Act.13. segregate mihi Paulum et Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. At illi imponentes eis manus, dimiserunt eos. Ob id infert textus, & ipsi quidem
Act.13. missi a spiritu sancto abierunt Seleutiam & inde nauigauerunt Cyprum.

Notula.

Videto Augustinum ad Orosium: et libro Epistolarum: Ep'la. 108. ad Seleutianum declarantem Paulum ab Anania baptizatum fuisse: quoniā Lucas dicit. In actis Apostolicis. cap. 9. Et surgens baptizatus est. Alios vero Apostolos baptismatis vnda perfusos sacra non adnotauit scriptura: verū enim vero eos qui alios ad baptismi fontem inuitabant baptizari contempsisse sibi suadere nequit: ibidem Augustinus.

Contradictio Secunda.

Si ego hominibus placerem Christi seruus non essem.

Di. Seruum Xp̄i hominibus placere non posse exem-

poi sui ponit Paulus. Qui cum alibi blandis voci- Galat. 1. bus clamitet. Placete omnibus per omnia: sicut 1. Cor. 10. & ego omnibus per omnia placeo: en perspicuã ex verbis eius contradictionem.

Solutio.

Non iniuria probatum illud verbum satagendum Phy. curamus bone Didyme. vt. finis mouet agentem: seu illud a fine omnia denominari iustũ est: si quispiam hominibus placere studeret, vt eorũ comparata gratia iactãter & funebriter q̃ carnis sunt colligeret. hic quippe serruus Xp̃i non esset. Ait enim non potestis Deo seruire & Mamone. i. auaritie. Si Matt. 6. autem sic hominibus placere conaretur: vt eos alliciẽdo ad fidem pertraheret, seu pertractos fructus fidei parere ĩpelleret: hic Xp̃o toto corde deseruit: sic Paulus iudeis & gentibus placere studebat. vt eos Christo lucrifaceret.

Notula.

Vide Augustinum libro de verbis Domini secundum Mattheũ. Sermo. 2. Et pondera dictum ecclesiastici. cap. 20. sapiens in verbis seipsum amabilẽ facit, cui illud Iacobi cap. 4. subnectitur. Amicitia huius mundi inimica est deo: hoc est: qui amicos sibi comparat in his que mundi sunt. Deum sibi inimicum: ac vltorem vendicat.

Contradictio tertia.

Deinde post annos tres veni Hyerosolimam videre Petrum: & mansi apud eum diebus quindecim.

Tertio sue conuersionis anno ex Arabia & Damasco ad uisendũ Petrum se Hyerosolimam recepisse scribit Paulus: Addens insuper: deinde post annos quatuordecim iterum ascẽdi Hyerosolimam: cum Di. Galatas. 1. Gala. 2. in primo r[illegible] io.

Barnaba aſſumpto & Tito. Et ſecundo hoc aduẽtu cum Petro & ceteris comilitonibus, Euangeliũ contuliſſe teſtatur Igitur quantum ex textus Pauli intellectu colligimus: anno.17. a paſſione domini, Petrus ipſe Hyeroſolimis adhuc degebat. Hinc vero Romam pergens, ſecundo Claudij anno(qui quintus Romanorum Imperator annis imperauit treſdecim) viginti quinq; annis ibi cathedram ſacerdotalem tenuit: uſq; ad vltimum Neronis annum.i.decimũquartũ: cuius nephario iuſſu cruci affixus, capite ad terram verſo, pedibuſq; in ſublime erectis, martyrio coronatus ẽ. Quod totũ Ariopagita Pauli diſcipulus Dionyſius, diuuſq; Hyeronimus adaperiunt, conteſtante Euſebio Ceſarienſe de Eccleſiaſtica hiſtoria, libris Secũdo et Tertio. Hac itaq; ſtante temporum ſupputatione, Petrus et Paulus quadrageſimoſecũdo anno a Xp̃i paſſione Romę martyrium pertulerunt: nempe decem & ſeptem annis(vt ſuperius exploſum eſt) ad Regiones Orientis Euangelium promulgaſſe adnotauit, Paulus: quibus ſi viginti quinq; addantur anni: ad quadraginta duorum annorum numerũ facile omnes aſcendunt.

Dionyſius in Epiſtola ad Timotheum. Hierony. In cathalogo ſriptorum eccleſiaſticorũ Euſebius. lib.2.c.25. lib.3.ca.11

Verum enimuero quadrageſimoſecũdo anno a paſſione Xp̃i: nõ Nero ſed ueſpaſianus decimus Impator Romanorũ Imperij diademate prefulgebat: a Nerone profecto ad Veſpaſiani Imperium decem & ſeptem efluxerunt mẽſes: quibus Galba, octo, & Vitelius, imperatores (vt Suetonio placet)breui temporum curriculo in Imperio adinuicẽ ſibimet ipſis ſucceſſere. Igitur Dionyſius, Hieronymus, & Euſebius, inſomniantur, aſſerentes Petrum et Paulum vltimo Neronis anno Rome martyrij palmã adeptos: potius enim adſtruere debuiſſent, Tertio

Vespasiani anno Petrum. & Paulum Romã pro Christo obiisse. Nam ultimus Neronis annus trigesimusnonus a Xpi passione computatur tertius vero Vespesiani annus quadragesimus secundus esse dignoscitur: quid ergo doctissime Phylothee? Paulum comentitia protulisse? an prelibatos sanctos insomniasse dicam?

Solutio.

Hem bone Didyme, nec Paulus errauit, nec sancti illi somnia pãdunt. Ex quorum sapiẽtie fonte hãc perspicuã haurimus veritatem: ꝙ anno trigesimo nono a Christi Crucifixiõe, Petrus et Paulus īsontes pro Christo Neronis Iussu necati sunt. Alter quidem cruci pedibus sursum eleuatis. Alter vero capite obtruncatus. Sed uerba Pauli te ad dubitandum rapiunt: quoniam bis se Hyerosolimam recepisse scribit: primo in trium annorum spacio a sue conuersionis Die: secundo in quatuordecim annorum curriculo. Tunc quippe decẽ & septem erunt anni ut tibi uidetur. Verum ne vtiq̃ sic tibi tempora metienda velim quin Paulum a sue conuersionis die vtrunqꝫ aduentum scribere perpendas: ut tres illi anni primi aduentus in quatuordecim secundi aduentus claudantur. Et est ut dicat Paulus, a Die cõuersionis mee ad visendum Petrum bis Hyerosolimam me contuli: prima vice, tertio cõuersionis anno. Secũda vice, quartodecimo conuersionis anno quo fit. ut non decẽ ẽt septem annis Petrum ibi ꝑmãsi sse. sed quatuordecim dũtaxat ipse describat: Capis ne? Phy. Gala I. I.2.

Si rite capiam. attende queso. Petrum septẽ annos Antiochiam rexisse ecclesiã: septem vero Hyerosolimã, Samariam, Cesaream, Capharnaum, Ioppẽ. Aliasqꝫ ciuitates perlustrasse ais. Di.

Di. Rem tenes edepol: perge igitur: effare ne sileas:

Phy. Verba Pauli sic texenda (te doctore) arbitror: vt si quispiam alicui dixerit. Isto mense Augusti, bis Venetiis ad te visendum Patauium me recipiã: prima vice. Die decima eiusdem Mensis: secunda uice Die vigesimanona ueniam. Hic nempe triginta nouem nominat dies: nihilosectius mensem non excedit. Sic quidẽ Paulus tres & quatuordecim memorauit annos: ueruntamen quatuordecim nullatenus ipse pertransiit: quoniam tres illi in quatuordecim inuoluuntur annis.

Phy. Rem acu tetigisti. extat ne aliquid in qno dubites?

Di. Exprome Didyme nec me grauare putes.
Nonnulli obganiunt, aientes, nunq̃ Petrum Romã vidisse.

Phy. Paulum Romã aduentasse anno Trigesimo septimo a Christi crucifixione, nemo est qui ambigat:

Act. 25. Ait Lucas, Cum Paulus ipse in Cesarea ad Cesarẽ

Ga. ultĩo. appellasset. Festũ proconsulem dixisse. Ad Cesarẽ appellasti? Ad Cesarẽ ibis: et rursus: & sic venimus Romam: & inde cum audissent fratres, occurerunt nobis usq; ad Appij forũ ac tribus tabernis. Quos cũ vidisset Paulus gratias agens Deo, accepit fiduciam.

Di. Petrum vero Rome per tẽpora degisse: unde innotescit Philothee?

Phy. Ipsemet Petrus hanc patefecit veritatem dum di-

Epistola. I. ca. ult mo. ad calcẽ. xit, salutat uos ecclesia q̃ est ĩ Babilone erecta. Nemo quidem (nisi desipiat) Petrum Ecclesiam in Babilone & exisse asserere audebit: per Babilonẽ enĩ Romam denotabat: Babel namq; cõfusio interpretari consueuit: propterea Dyonisius, Hieronymus & Eusebius eum Rome laurea martirij coronatum intrepide conscripsere.

Notula.

Vide Augustinum ad Galathas cap.1. Dionisiũ in Epistola ad Timotheum. Hieronimum libro de uiris illustribus: ac Eusebiũ Censariensem libro.2 de. Ecclesiastica hystoria, cap.25. & libro.3. cap.1. Addas insuper hũc de quo loquimur. Arriopagitam Pauli discipulũ extitisse: quod quidẽ Apostolorũ acta ad amussim aperiunt, cap.17. ad calcẽ: necnon Cesariẽsis ille cõtestatur, libro 3. de hystoria Ecclesiastica, cap.2. & recõdas in tue memorie armario lo Paulum fuisse senem. Ait enim ad Philemonem: cum sis talis (vt Paulus) senex.

Ex Secundo Capitulo.

Contradictio Vnica.

Cum autem venisset Cephas Antiochiam in faciem ei restitit, quia reprehensibilis erat.

Vsq; adeo his Pauli verbis corde menteue labasco Di. Phylothee: vt quo me vertam dignoscere nequeã, Ait enim, Petro Antiochie in faciem restitisse: eum Gala.2. q; corripiendo dixisse. Si tu cum iudeus sis gentiliter viuis, & non Iudaice: quomodo gẽtes cogis iudaizare? Et huiusce reprehensionis causam ipse denotãs dicit anteq̃ venirent nuncij ex Hyerosolimis Antiochiã a Iacobo minore fratre Domini Hyero Act.15. solimorum tunc Episcopo: vt fratres mitterent: ne idola suffocata comederent. Petrus cum gentilibus libere edebat: nil penitus de legalium obseruantia curans: postquam vero illi Antiochiam se recepe rũt: subtrahebat se a gentium consortio legalia ob seruare necessarium fore dissimulãs: verum enim 1. Timo.5. vero ipse idem Paulus precipiendo clamat, seniorẽ te ne increpaueris: sed obsecra vt patrem, quoniam

Leuitic.19. scriptum est, Honora personam senis. Petrus autẽ: Etate & authoritatis iuris dictione eo senior erat; nullatenus ergo illum corripere debuerat: sed ut patrem obsecrare.

Solutio.

Phy. Si Hyeronimo credimus: Paulus non reprehendit Petrum. nisi ex condicto: cõuenerãt enim insimul ad obolendam simulationem: ut Paulus corã adstãtibus in faciem ei resisteret: Augustino tamen interpretatio Hieronymi non placet. Nam si Paulus nõ vere eum correxisset: sed corrigere simulasset: utiq; non dixisset: restiti in faciem cephe quia reprehẽsibilis erat. Ob id cum Augustino asserimus: Paulũ correctione charitatis Petrum vere corripuisse: & illud idem est aliquẽ obsecrare vt patrẽ: quod charitate reprehẽdere: & absq; liuore veritatem edocere. Quo quidem pacto ietro Mosen principẽ Israelitici populi monuit, & charitate correxit.

Aug. ep̃la 28. ad hyeronimum. lib. de mendatio. c. 5.

Ibidem.

Exo. 18.

Di. Sat habeo: nihilominus libenter abste discerem: si hoc modo essimulans Petrus peccauit?

Phy. Hyeronimus nullatenus eum peccasse autumauit. Nã fuit pia simulatio: ut sinagoga facilius ad Christum pertraheretur: Augustinus uero (cui assentiendum ducimus) Petrum deliquisse ratus est: leuiter tamen: seu uenialiter. ad quod rationem apponit talem: aut Cephas recte ambulauit ad veritatẽ Euangelij, vel non recte: si recte: mẽtitur ergo Apostolus dicens: cum vidissem q; non recte ambularẽt ad ueritatẽ Euangelij: si non recte ambulauit, igitur peccauit: leuiter tamen eum peccasse ponit. Nam scriptũ est omnis qui manet in Christo non peccat funebriter, seu mortaliter subaudias.

Galatas. 2

Io. 1. can. cap. 3.

Di. At qui mihi videre uideor Petrum etiam mortaliter deliquisse: & hoc mihi argumento esse potest.

Nemo alium reprehendere licite debet eo peccati genere in quo & ipse est. Paulus enim eodem delicti genere irretitus: quo Petrus erat, et ipse fuit: nã Timotheũ circuncisit Lystris, patre gentili, matre vero hebrea: & eo tempore non erant seruanda legalia: igitur si Paulus tunc venialiter peccauit: & Petrus maiori deliquit delicto. Aliter eum reprehẽdere licite nequisset. Act.16.

Phy. Exacte dubitas bone Didyme: audi q̃so. Dũ Paulus Timotheum circũcisit: nullo peccati genere et ipse peccauit, quoniã licebant tũc legalia, nec erãt mortifera: tria nempe tempora statuit Augustinus Tempus scilicet in quo legalia viua extabãt vsq; s. ad passionem Christi: tẽpus in quo licebant nec tamẽ uiua erant: quia vitam nõ cõferebãt. Quod quidem tempus ad promulgationẽ Euangelij protenditur: a promulgatione vero Euangelij usq; ad seculi consumationem inania illicita, uana, & penitus mortifera diiudicantur. Paulus autem circuncisit Timotheũ secũdo Tempore videlicet a passione Christi: quando Euangelij promulgatio expleta nondum fuerat: & hoc ipse effecit: vt scisma euelleret: mater enim Timothei hebrea, pater uero gentilis, & gẽtilizare ne utiq; tũc licuit: sicut iudaizare permitebatur: debuit enim Synagoga cum honore sepeliri (inquit Augustinus.)

Di. Et Petrus etiã tunc legalia obseruabat: quando ea obseruare licebat. Equidem promulgatio Euangelij dum Petrus Antiochie residebat: expleta nõ fuerat: itaq; nullo pacto & ipse peccauit: uel Paulus eodem laqueo illaqueatus extitit: quid ais Philothee: essare si libet.

Phy. Puerilis dubitatio hec tua est bone Didyme, nõ.n peccauit Petrus quia legalia obseruabat, sed q̃m

ſimulabat legalia obſeruare fore neceſſarium, ex quo gentes ſcandalum incurrebant: nō ſic Paulus diſſimulauit profecto.

Di. Phy. Gal. 2. Ergo funebriter peccauit, ſi proximo ſcādalū iniecit ſcandalizauit nempe, non tamen intentionē ſcādalizādi habebat: erat enī pia ſimulatio. Ait utiq; cū autē ueniſſent, ſubtrahebat & ſegregabat ſe timens eos qui de circunciſione venerant, quod eſt dictum: verebatur ſcandalum eis afferre, q ad Chriſtum de iudaiſmo confluxerant: ob id cū gentibus gentiliter amplius conuerſari nolle ſimulabat.

Di. Gal. 2. Sed Textus dicit, cum vidiſſem ꝙ non recte ambularent ad veritatem Euangeliū, quid enim funebrius? ꝙ̄ ad veritatem non ambulare?

Si Petrus itaq; Euangelii dictata et Chriſti dogmata non ſectabatur, mortaliter peccauit.

Phy. Belle quidem, omnis enim qui ad veritatem euāgelii non ambulat, Anathema eſt, niſi ex pia ſimulatione, & bono fine, id efficiat, quo namq; pacto Petrus ipſe effecit. Quamobrem ne vtiq; eum deliquiſſe funebriter aſſeramus. Sed tantum leuiter ſeu venialiter peccaſſe cenſeamus, nec ſeſe hec

Ioā. 1. cā. Cap. 1. duo digladiantur, videlicet habere ſpiritum Domini, & peccare leuiter. Ait enim Euangeliſta. Si dixerimus quia peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.

Notula.

Legito Auguſtinum Epiſtola. 28. ad Heronimum. Et rimare lector Auguſtini monimenta. Nam in libro contra Epiſtolam Donati adſtruit, Petrum eſſe fundamentum Eccleſie: Quod tamen uidetur retractaſſe primo libro retractationum cap. 21. perpendas tamen ꝙ non abſolute retractauit, ſed ad uoluntatem lectoris iudicio ſententiam relinquēs

inquit enim Auguſtinus, quoniã, Paulus dicit, Fũdamentum aliud nemo poteſt ponere preter id qđ poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus prima Chorinthiorũ 3. & rurſus, petra autem erat Chriſtus. I. Corin: 10 Chriſtum Eccleſie fundamentum ponimus¦. Sed quoniam Chriſtus dixit. Tu es Petrus & ſup hãc petram edificabo Eccleſiam meam. Matt. cap. 16: Concludit Auguſtinus. Harum autem duarum ſententiarum: que ſit probabilior eligat lector. Tu vero dicas ex ſententia beati Ambroſi. Quem Auguſtinus, ibi authorem ſibi reddit, ꝙ fundamẽta Eccleſie duplex extat, eſt enim fundamentũ fundamentorum, & hoc Chriſtus eſt, eſt autem fũdamẽtum fundatum, & tale Petrus eſt.

Legito etiam Auguſtinum libro contra Iudeos, Paganos: & Arrianos, cap. 19. Nec non libro de Agone Chriſtiano. ca. 30. vbi adſtruit, claues Eccleſie accepiſſe omnes Apoſtolos in Petro: quoniam primatus Apoſtolice dignitatis in eo effulget: quod quidem ipſe idem Auguſtinus: confirmat libro de verbis Domini ſecundum Mattheum. Sermo. 13. & libro Homeliarum ſuper Ioannem Homelia. 118. & 124. Nota inſuper qualiter Euſebius Ceſarienſis libro primo de Eccleſiaſtica Hiſtoria cap. 14: Ex ſententia Clemẽtis quarto diſputationis libro aſſerit. Cepham illum cui reſtitit in faciem Paulus: non fuiſſe Petrum Apoſtolorũ Principem, ſed alium Cepham de ſeptuaginta diſcipulis unum. Que tamen opinio aboleuit. Teſtimonio Hyeronimi, & Auguſtini.

Ex tertio Capitulo.

Contradictio prima.

O inſenſati Galathe qui vos faſcinauit ueritati non obedire?

Di. Gal.3. A quo fascinum perpessi sint Galathe: eorum insulsam admiratus mutationem: exposcit Paulus: ac si hominem fascinari firmiter concedat, et tamē hoc fascinus penitus eneruare ipse idem intendit, dum dicit. Quomodo conuertimini iterum ad infima, et egena elementia quibus denuo seruire uultis: dies obseruatis & menses & tempora & ānos. Gala:4. En dierum & tēporū obseruantiam Paulum prohibentem: ut recantare omnino uideatur, que superius adnotauerat, & fascinum nihil esse adstruat.

Solutio.

Phy. lib. de diui. Demo. lib. ser. de tpe ser. 24. li. 2 de ciuitate Dei. ca. 10. 25. & 24 1. cano. 5. Aug. 2. de ciuit. Dei. cap. 28.

Quantum ex Augustiniano didicimus gimnasio tria extant fascinationis genera. Quedam enim est fascinacio a Demone, quedam uero a sidere, alia autem ab homine. Quempiam enim si a Demōe fascinari posse, ut de iusto iniustus fiat, ad peccatum delapsus: nemo est qui ambigat. Ait Petrus aduersarius vester Diabolus tanq̄ leo rugiens, circuit querens quem deuoret: cui adstipulatus Apostolus, clamitat: Angelus Sathane transfigurat se in Angelum lucis: & huiusmodi fascinandi artem ex cōmertio cum demonibus magiam antiqui appellarunt, idest sapientiam: que tamen nobis penitus interdicitur mandante lege. Nec ad magos declinabitis: & rursus, & si vobis vera dixerint, nolite eis credere. Quaobrem artē diuinandi & Augurandi: quam ne tromansiam nominarunt, seu idromantiam (vt Augustino placet) iure lex ipsa abolēdam iubet. Nam apud gentiles etiam eam inhibitam legimus: Ait enim poeta clarissimus, testor chara deos: et te germana tuumq; dulce caput: Magicas inuitam accingere Artes, quod fusius tuitus est Augustinus: addens insuper testimonio Ciceronis Apud Romanos huiusmodi artem magi-

Leui: Deut. 13.

li. 7 de ciu. Dei. cap. 8 virgi. 4 Eneid.

lib. 8. de ci. Dei. 19.

cam in antiquissimis legibus duodecim tabularum fuisse inhibitam. Quedam autem est fascinatio a sidere: que quidem bipartiri solet, et corporis fascinatio, & anime ponitur: ut si nascatur infãs sub ĩfausto sidere: malam afferens corporee molis complexionẽ: quemadmodum in epilenticis experimur et infirmis: lune aspectum nocere autumarunt medici maxime in infirmitatibus curandis) Albumasaris testimonio, motum lune obseruantes, Animam vero sic a sydere fascinari: vt ad vitia seu ad virtutes necessitate quadam ipsa syderum influxu cõpellatur: negat Augustinus: qui tamen vim quandam syderibus tribuit a Deo eis prestitam ad inclinandum duntaxat: ait hercle. Sic Deus res quas condidit administrat: vt proprios motus agere sinat: idcirco Magiam illam quã iudiciariam Astrologiã Mathematici iactanter vocitant: ex syderũ cognitione futura predicere profitentes: ac si fato homines viuerent & morerentur: inanem predicat Augustinns. Qui quasi tuba exaltans vocẽ suam clamat. O stultiam singularem eligitur dies vt ducatur vxor: ac si posset sydera Dei cõstitutionẽ mutare: velut etiam si ab hominibus imperandũ a Deo illa creata fuissent & non ad seruiẽdũ: clamat Moises solem & lunã fecit Deus in ministeriũ cũctis gẽtibus: tertia vero fascinacio ab hoĩe extat talis: nõ vt mulier vetula in muscedulã & vir ĩ lupũ vt (vlgus credere assueuit permutentur: qui pueros fascinant, ac etiã necant ridiculam hanc methamorphosim corporum apellat Augustinus. Sed naturaliter bene quispiã purus homo vt puta sempronius aut Berta infantulos fascinare quibit si malo oculo eos respiciat: euenit enĩ vt anima cuiuspiam nimis affecta inficiat oculos: oculi vero infe-

lib. 5. de ciu. dei. c. 1. & 7.
7. li. de ciu. Dei. ca. 30.
lib. 5. de ciu. Dei. ca. 7.
Leuit. 4.
li. 18. de ciu. Dei. ca. 1. 7. & 18.

cti aerem similiter inficiunt: aer autem sic infectus paruulos tenellos sic in carne ledit: vt statim cibũ assumptũ ex stomaco euomant: & multotiẽs emoriuntur, quãdoq; tristes efficiũtur: & non nũq; mẽbra corpusculi detorquẽtur: extãt profecto nõ nulli sic vrentes oculo naturaliter ab anima vehemẽter in aliquem affecta sortientes: dum itaq; Paulus Galathas fascinatos censet, de fascinatione a Demonibus & ab hominibus ĩtelligit: ac si dicat. Quis uos fascinauit? idest quis vos ludificauit? seu quis vos offendit toruo aspiciens oculo, infantium more vrenti oculo fascinatorum? dũ vero tẽpora dies: menses: & annos obseruari non debere docet: hoc efficit quidẽ, vt vanam ac superstitiosam magiam eneruaret: quam Iudiciariã Astrologiã Mathematici gloriose appellant ex syderum fatali cõiunctione etiam futura prenoscere sibi arrogãtes.

Di. Vera sunt que narras pater Phylothee: verum edisseras mihi precor: si Pauli solius & Augustini. Iudicio, hanc Astrologiam: Magiam inanem extimare debemus?

Phy. Et ante & post eos multi scientia & sapiẽtia sublimes huiusce magie vanitatem detestati sunt.

Di. Quinam? dic sodes.

Phy. Pythagoras ille samius huic magie astrologice fidem non prestandam docuit authores sunt. Laertius, & Plutarchus: Plato in teatheti libro talethẽ Milesium huiusmodi in sectantem vecordiam ridere non cessat: Porphyrius Platonicus testatur: cum diligentem Astrologie operam dedisset: Plotinus in platonica familia prime fere authoritatis: comperissetq; tandem huius magie vanitatẽ omnem Astrologicis fidem abrogauit: Alexander ex Aphrodisiade summus author ĩ Aristotelicã philosophia

(Margin: Pithag. Laertius. Plutarch. Plato. porphy. Protinus. Alexãder. Aphrodiseus.)

sophia

ſophia in eo libro: quem ad Ceſares: Seuerum: & Antonium Seueri filium ſcripſit fati reiecit neceſſitatem: et de Aſtrologicis potius ſilendum: q̄ diſſerendum eſſe probauit Auicenna Vir magnus in omnibus diſciplinis vltimo ſue Philoſophie libro multis rationibus comprobauit ab aſtrologicis futura preuideri non poſſe Auerrois magnus Ariſtotelis cōmentator: & exactiſſimus interpres: duodecimo libro Methaphiſice inquit Aſtrologia temporis noſtri, nihil eſt in eſſe ſed eſt conueniens computationi non eſſe & rurſus deridet Aſtrologos ponētes imagines in celis ſimiles imaginibus huius mundi inferioris: quibus hec ſubijciuntur imagines cum ſint animalibus ſimiles Qui īſuper lib. 2. de celo et mundo excentricos & epiciclos rationibus nonnullis delere enititur. Eudoxus qui Platonem audiuit & in Egypto verſatus princeps Aſtronomorū ſua tempeſtate habitus eſt nullatenus Aſtrologis credēdū in ſuis legibus adnotauit Auctore Panetio Hoychilax, Halicarnaſeus quamq̄ in omni Mathematica periti ſſimus Totum hoc tamen diuinandi genus repudiauit: ſed & Origenes adamantius: vir quidē in omni diſciplina ſingulariſſimus ſepe multiſq̄ rationibus talem Aſtrologicam uanitatem ſuggellauit.

Auicenna. Auerrois. cor. 45. Co. 50. co. 32. &. 35. Eudoxus panetius. hoychilax Origenes Di. Phy.

Hanc tanq̄ uanam omittamus magiam: ſed dicas queſo ſapientiſſime Phylotheę quid de magia illa: quam Demonium cōmertio per diſcūt homines ſētiendum opinaris?

Phy

Reuelāt equidem abſtruſa Demones hominibus p incātationem aſtricti Authore Aauguſtino Qui ex ſacre ſcripture fonte talem exhurit ueritatem: lib. nempe. 2 Regum (Salue Rege mandare) mulier illa Phytoniſſa Samuelem ab inferis euocauit. Cū

Lib. Sex de tēpo. Ser. 24. Lib. 2 o: ad Simp. q. 3. libri. Hom. ſup

M

tamen Samuelem non fuisse Augustinus testetur.
Io. Home. 7. et. 10. Cap. 18. Lib. 2. ad Simplicia. q. 3. Mar. 1. Luce. 4. Cap. 16.
Sed Demonem ad instar Samuelis assumpto corpore necnon ex Euãgelio didicimus: clamasse Demones: & dixisse. Iesu fili Dei quid tibi & nobis: uenisti ante Tempus perdere nos: itidem Apostolorum acta hoc deprompsere Dum enim Paulus & sodales eius Philippis degerent: que Macedonia fere prima colonia extabat, quibus Lidia purpuraria femina utiq; fidelis pie hospitia prestiterat. Puellam quandam habentem spiritum Phytonicum obuiã habuerunt: que questum magnũ prestabat Dominis suis diuinando: & cum hec Paulum comitesq; eius subsequuta clamaret: & dicens. Isti sunt homines serui Dei excelsi qui annunciant uobis viam salutis Spiritui illi Paulus dixit: precipio tibi in nomine Iesu Christi: exire ab ea: statim exiuit relicta puella. Cur ergo expulit si eos laudabat: veraq; fatebatur spiritus ille?

Di. Phy. Quia Demones sepius miscent vera falsis: ut decipiant.

Di. Deceptores ergo tales spiritus dicis?

Phy. Deceptores mendaces et illusores eos nõ ab re quidem nominat Augustinus: ob id magiam hanc abolendam penitus ipse demandat.
Lib. Homel. super Io. Homi. 110. lib. 7. de doctria christiana. ca. 19 et 20.

Di. Quid tibi cum cabala pater Phylotheqe?

Phy. Vtinam Arcana artis cabalistice delibarem.

Di. An ab ecclesia tale preludiũ nobis nõ interdicit?

Phy. nequaq;: donum Dei nẽpe non interdicit mater filijs suis.

Di. Quid igitur est cabala? Edoceas precor.

persicum nomen est, & sonat idem: q; sapientia recepta.

Phy. Quo nam pacto?

Dum Moses scriptam legem a Deo accepit: verũ

intellectum:& totius legis spiritũ etiam recepit:lex Exo.20.
ergo scripta Theologia nũcupatur: spiritualis eius 24.&.32.
intellectus cabala nuncupatur:hoc est sapientia pri
mo a Mose(Deo prestante) recepta deinde ab eo Lib. nũe
70.Senibus Magistris ut sustentarent onus populi ri cap. 11.
ne solus ipse Moses grauaretur? Iussu Dei electis
reuelata.

Bella uerba quidem libentissime tamẽ abste audi- Di.
rem testes hanc ueritatẽ attestantes:ex quibus eam
expiscatus fueris bone pater.

Eya Dicam profecto:ut tibi morem geram mellite Phy.
Didyme.Esdras enim legis rescriptor de Mose uer
ba faciens ait.Reuellans reuelatus sum super rubũ:
et loquutus sum Moysi:quando Populus meus ser
uiebat in Egipto:& aduxi eum super montẽ Synai
et detinebam eum apud me diebus multis.Et enarra
ui ei mirabilia multa:et ostendi ei temporum secre
ta et finem.Et precepi ei dicens:hec in palam facies
uerba:et hec abscondas Hanc autẽ Archanam dei
sapientiam a Deo sortitũ fuisse Mosen. Testis est
Origenes.Qui illud Pauli ad Romanos interpreta Rom.3.
tus: primũ quia credita sunt illis eloquia dei.Dicit
ne dum hebreis:litera legis tradita est:sed eloquia
dei hoc est spiritualis:intelligentia quam uocamus
cabalam:persica lingua.Quod uero Moyses ipse.
70.illis Senioribus:cabalam hanc detexerit.Testis
est Hylarius in expositione psalmi secundi,uideli-
cet. Quare fremuerũt gentes Et hac de causa Pau 2.Cor.3.
lus animose clamat:lr̃a occidit spũs autẽ uiuificat.

Notula Prima.

Videto Augustinum libro de diuinatione Demonũ:
lib.7.de Ciuitate Dei.cap.10.23.24.&26.Libro.7.
de Ciuitate.Dei Cap.5.& 30.lib.8.de Ciuitate Dei.
cap.19.libro.5.de Ciuitate Dei cap.1 & 7.libro.18.

de Ciuitate Dei cap.17.18.libro Sermonum de tem pore.Serm.24.lib.2. ad Simplicianum.q.3.libro Homeliarum super Ioannem Homelia 110.libro.2. de Doctrina Christiana cap.19.& 20. Rimare monimenta Augustini lib.2.de Ciuitate Dei cap.14. Vbi aperiendo declarat Zeroasten batrianorum Regem. (Quem solum ferunt risisse quãdo natus est) magicam Artem ad inuenisse: quam Netromansiã appellamus. Qui etiã Augustinus libro 7. De Ciui.Dei cap.35. Adstruit Numã Pompilium secũdũ Romanorũ Regem talem exercuisse artẽ: quod genus Diuinationis a Persis Romam delatũ ponit Varro ut in aqua videret imagines Deorum et sanguinem ipse immiscens inferos suscitabat. Quamobrem Hydromantiam: seu Necromãtiam eã Magiam appellãdam censuerunt Arioli vero qui circa Aras idolorum preces nepharias emittunt et funesta sacrificia offerunt. Haruspices horarum sunt inspectores qui obseruant Dies & horas. Augures qui uolatus Auium et uoces intendunt Phytonisse a Phytonio Apolline profitentes spiritum futura predicentem habere.

Notula Secunda.

Legito Augustinum lib.4.de Trinitate.cap.12.& perpendas velim lector: ꝙ magilli quos Mattheus cap.2.ab.Oriente Yerosolimam ad Christũ tanq̃ regem adorandum se recepisse scribit: non Magia Astrologica uel malefica pollebant Sed sapientes ꝑsica lingua magi dicuntur. Quos Chaldei gimnosophista Hebrei senadrim Cabalistas uel prophetas Greci Phylospohos Romani uero sapientes nominare consueuere in superstitiosa magia hi sunt, secundum Augustinum libro de natura Demonũ Incantatores, qui autem verbis peragunt,

Notula Terza.

Sis cautus lector: ne Methamorphosim humanorū corporum eo credas modo: quo Varro et Poete descripsere. Legito nauiter, que Augustinus ad erudiē dos inscios adnotauit libro. 18. de Ciuitate Dei ca. 16. 17. & 18. Et comperies Diomedē a Ioue in Deū mutatū: eiusq́ socios in aues quas Diomedeas greci vocant: insulam Diomedeam incolentes ad Mō tem Apulie. Quē Garganum illa Regio appellitat Vlixis socios in bestias a Circe mutatos Archades quodam Archadie stagnum sorte transnatantes in lupos euersos: & Apuleum in Asinūm: quemadmo dum de semetipso ipse idem libro: quē de Asino au reo inscribit, palam contestatur: Iphigenia Regis Agamenonis filia: cum eam pater impie sacrificare uellet, a Diana in ceruā transformatur: vt Ouidius fabulatur. 12. libr. Metamorphoseos: ac etiā Scillā Nimpham in saxum ad siculas undas conuersam a Circe Irata. Ab eodē Ouidio fabulāte audies. 14. lib. Methamorphosis. Quos omnes corpora tamē & nullatenus animos permutasse. Poete asseuerāt. Nos autem Euāgelico addicti dogmati Demonum arte hos omnes illusos fuisse: cum Augustino confi temur. Nam Deo maximo permittēte sic hominū sensibus illudunt. Eo humanos ludificat intellectus ut sic appareat: ꝙ nullatenus rei veritate existit.

Contradictio secuuda.

Quicunq́ enim ex operibus legis sunt: sub maledicto sunt.

Quis enim nō excandescat pater Phylothee: cum Paulum opera legis esse maledicta asserentem audeat? Qui tamē alias adeo reuerenter de lege Mo sis loquutus, dixit: Itaq́ lex quidē sancta & man

Di. Galat. 3. Roma. 7

datum sanctum & iustum & bonum: si quid iustū erit sanctum & bonum, quo nāq; pacto maledictū extimabitur?

Solutio.

Phy. Cortice verborum Apostoli ne inficiaris mi Didyme non enim dicit, opera legis esse maledicta: sed quotquot legis vinculo ligabant̄: vsq; adeo ad omnia tam legalia q̄ iudicialia & ceremonialia explēda tenebātur, q in vno deficientes, statim maledictionem incurrerebāt. Et hanc sententiam Paulum

Deute. 28. depromere voluisse sequentia verba palam osten-

Galatas. 3. dunt: ait vtiq;. Scriptum est enim, maledictus omnis qui nō permāserit in omnibus que scripta sunt in libro legis: vt faciāt ea. Ac si aperte dicat: q sunt sub lege maledicantur: nisi omnia adamussim que lex seruāda iubet: et ipsi obseruent: & in hoc Euāgelium certat cum lege, nunq; enim Euangelium in nos maledictionem iniecit: si Euangelica precepta non seruauerimus: quoniam Xp̄s pro nobis in cru-

Galatas. 3. ce maladictus a maledictione illa nos exemit: clamat nempe Apostolus, Xp̄s non redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

Di. Sane habeo quod habere optabam: verum nō video quando Xp̄s pro nobis fuerit maledictus.

Phy. Matt. 27. An, nescis pharisaeos Xp̄o pēdenti in patibulo maledixisse eūq; blasphemantes dixisse? vah qui destruis templum Dei, & in tribus diebus excitas illud?

Di. Cur pater passus est? vt dilecto filio Xp̄o etiā maledictio infigeretur?

Phy. Galat. 3. Deut. 21. Tue petitioni Paulus ipse satisfacit, inquiens. quia scriptum est. Maledictus omnis qui pendet in ligno: vt in gentibus benedictio Abrahe fieret in Christo Iesu: & est vt dicat: omnes pendentes in

ligno maledictionem patientur donec cruci ille af-
figendus veniat qui maledictus filiis Abrahe etet
nam prestet benedictionem per fidem.

Notula.

Video Augustinum libro de spiritu et litera ad
Marcellinum cap.10.lib.contra duas Epistolas Pe-
lagianorũ cap.2.et cap.4.et rimare Dauiticã psal-
modiam: vt Deum ipsum maledictionẽ in flagel-
lis legem profanantibus minari audias. Ait enim
ps.88. si autem dereliquerunt filii eius legem meã:
& in mandatis meis non ambulauerint: visitabo in
virga iniquitates eorum & in verberibus pecca-
ta eorum.

Epistola ad Ephesios.
Ex quarto Capitulo.
Contradictio vnica.

Obsecro itaq; vos ego vinctus in domi-
no vt digne ambuletis vocatione qua uo
cati estis.

Demiror profecto Paulum in hec prorupisse ver- 1.Cor. 7.
ba: vnusquisq; in qua vocatiõe vocatus est in ea p
maneat: ac si quispiã in Iudaismo vocatus: seu ad
funesta sacrificia. Diis uane offerenda in ea perma-
nere obligetur sic: et nullatenus ad Xp̃m per fidem
venire debeat: quo fit, vt sermonem suum perstrin
gens Paulus ad Ephesios clamitet: obsecro itaq; Cap.4.
vos ego vinctus in domino: ut digne ambuletis vo
catione qua vocati estis: hoc est, eo mandatorũ viã
recte ambulare conemini. vt dignam uestram facia
tis vocationem qua in Christo vocati estis nihilo-
minus Xp̃s blandis vocibus a quocũq; statu ad se
omnes inuitat, dicens. Venite ad me omnes qui la- Matt.11.
boratis et onerati estis & ego reficiã vos: ecce pa-

Iam decernimus. Chrictum velle homines vocatio nem mutare: quod Paulus consulto prohibet: quid dicam?

Phy: Si verba Pauli sano vestigio transigenda censebimus: latro latrocinia ne vtiq; dserere debet: nec meretrix meretricium. Proinde Augustinus ea interpretatus dicit. Vnusquisq; in ea vocato me permaneat, qua vocatus est, dum modo fidei et bonis moribus eius status non obsit: cessat ergo tua dubitatio Didyme: nec Paulũ sibi contradicere rationabiliter comprobare valebis: non ad fideles loquit in fide permanere eos exhortãs: licet in aliquo ipse reperiatur statu, q minime sibi cordi sit: et ad fideles duntaxat eius verba dirigi: verba precedentia & sequentia palam ostendunt. Ait enim, alligatus es vxori noli querere solutionẽ: solutus es ab vxore noli querere vxorem si tamen nupsisti nõ peccasti: & rursus. Seruus vocatus es nõ sit tibi cure: sed si potes fieri liber: magis vtere.

In expos. ad galat.

I Cor. 7.

Di. Sancta sanctio quidem: verum ex hoc emergit dubiolum: si vnusquisq; fidelis in eo statu manere debeat (consulente Paulo) in quo & ipse vocatus est. Ergo frater de mendicantium ordine, habitum sue professionis postponẽs: & sub habitu Apostolorũ Principis: quẽ seculares presbyteri gestare solent: vitam ducens deinceps, contra Pauli consiliũ operatur & mortaliter eũ peccasse dicemus? et tũc euãgelice cathedre: que sedes Apostolica iure nuncupatur: non mediocriter infensi ac iniurÿ iudicabimur quoniam huiusmodi hominum genus (sepius cum eis dispensando) habilitat.

Phy. Non omnes monachi ad monachismũ a Deo vocantur bone Didyme: nõnulli enim ab homine tãtum Deo permittente. Aliqui scientiarum amore

allecti aliquam subingrediuntur factionem Franciscanam, vel Dominicanã, Augustini: seu Carmelitarum: alij vt quietius viuant, nonnulli ob corporis cõmoditatem: non habentes vnde sibi victum comparare valeant: multi etiã patres: filias in monasterijs: infantili etate recludunt: ac etiam filios paruulos alicui Religioni deseruire iubent: vt aliorum filiorũ pinguior sit hereditas: & magis urgeat stipes nobilitatis: quos quidem nullatenus a Deo ad Religionem illam vocari censendum duco: quo igitur fit, vt dum illi in factione illa monachali nõ persistant: ad propriam vocationem a Deo vocãt: pie ergo et prouide orthodoxa Ecclesia cum eis despensare solet.

Quid si in illa Religione perpetuo se mansuros aliqui deuouerint? Di:

Si q sint q sponte hoc euouerint: vim voti agnoscẽtes: votumq; emissum ratificantes: hi a Deo ad religionẽ illam euocãtur: nec vnq̃ claustra exire queritabunt: quo igitur fit: ut si quispiã exire expostulet: vel ipse sponte non vouit: vel votum emissum non ratificauit: sed statim vouisse eum penituit, seu uoti ligamina ignorauit: quem iure Euãgelica cathedra soluere debet: ne peccati vinculo innodatus promissa seruare non potens ad inferna detrudatͬ. Phy.

Verum enimuero clamitat Dauid. Vouete & reddite domino Deo vestro omnes qui ĩ circuitu eius offertis munera: cui adstipulatus ecclesiastes, ait. Si quid vouisti domino, moreris reddere: displicet enĩ Deo stulta & infidelis promissio: multoq; melius est non vouere: q̃ post votũ promissa non reddere qbus consentit Paulus ad Timotheum: inquiens. Adolescentiores viduas deuita, cum enim luxuriate fuerint in Xp̃o uolunt nubere, habentes dãnatio- Di. Ps. 75. ca. 5. 1. Epist. 1. 5.

nem: quia primã fidem irritam fecerũt: quamobrẽ
lib. de fide ad Petrum cap. 3. Augustinus omnes castitatem Deo vouentes: castitateq; nõ seruantes, auctoritate Pauli, eterne morti adscribat: nisi & ipsi resipiscant, votũ emissum obseruare conantes.

Phy. Non me latet profecto Augustini. Sanctũ dogma, ut vouere non sit de iure diuino: uotum tamẽ emissum diuino iure persoluendum fore: quod quidem exẽplo Anne Samuelis matris ipse firmauit: que quod Deo deuota spopondit: effectualiter adimpleuit. 1. perinde omnes quotquot Deo euouerint, ĩ religione aliqua ad finem vite permanere sponte promittentes: sponteq; promissa ratificantes: & vim uoti scientes, ut in ea permaneant obnoxios diuino iure autumamus: qui tamen ne vtiq; exire curabũt: quoniam a Deo infallibiliter vocati sunt: qui vero exierint a Deo uocati nõ fuere nec sponte promiserunt: nec corde ratificauerũt promissa. Et si ore eos pacisci cernimus uĩ uoti penitus ignorãt: et hi omnes pie a monachismi nodo soluendi sunt: oĩs nempe monachismus (quantum ad habitum) eẽt de iure positiuo.

lib. 17. de ciuitate dei ca. 4. li. de vera innocentia c. 5. li. ser. de tẽpore ser. 7. 1. reg. 2.

Di. Et tamen qui Religionem aliquam egrediuntur: apostate efficiũtur: quod sacra patrũ dogmata adnotarunt. 47. distin, cap. quãtũlibet. & 16. quest. 1. cap. legi.

Phy. Hem bone Didyme allucinantur profecto hi: omnes sacros canones. qui fit eos per callent, vt fratres dimittentes habitum, sede Apostolica indulgente, apostatas nominare audeant. Quãtũ enim ex beati Cypriani doctrina ad Cornelium et senis Hieronymi in Ezechiel colligimus. Apostata idẽ est: q; rebellis, q ergo Xp̃o rebellis efficitur: et orthodoxã spernit Ecclesiã: hic Apostata ꝓprie dicitur, quod

in sui perniciem Iulianus Imperator a fide apostatans effecit: ille ēt apostata methaphorice ab Ecclesia vocitatur qui sue prophessionis habitū temerarie abdicauit: & ad vitam secularem turpiter se reiecit, vel absq; sedis Apostolice indulgentia habitum emutauerit: qui vero Apostolice sedis nutu ad principis Apostolorum normā de factione aliqua se transtulerit, non mediocrem patitur calumniam si apostata nuncupatur.

Delectant me tua verba Phylothee: nihilominus si votum emissum est de iure diuino (vt iam iam dicebas) & quispiam obedientiam paupertatem et castitatē euouit: quo nāq; pacto Ecclesia cū eo despensare quibit? Di.

Despensatio est iuris reuocatio, vel iuris declaratio si Deo ille hec tria deuouit: voti vires dinoscens, et sponte ea seruanda promittens: sed habitum emutauerit ad illa penitus seruanda tenetur: si vero non legitime uouit. Ecclesia declarat despensando votum ab eo emissum nullius roboris extitisse. Phy.

Notula.

Legito Augustinum in exposi. ad Gal. lib. de fide ad Petrum cap. 3. lib. 17. de Ciui. dei. cap. 4. libro de vera īnocentia, cap. 5. lib. sermonum de tempore Sermo. 7.

Ex sexto Capitulo.

Contradictio vnica.

Aduersus mondi rectores: tenebrarum harum contra spiritualia nequitie in celestibus.

In aere caliginoso inferni penas delibare apostatas spiritus, luciferū. s. et sequaces ponit Paulus: cui cōtradicere Apocalipseos notarius ostendit: dum di- Di. Eph. 6. Apo. c. 12

cit. Et proiectus est draco ille magnus serpens anti-
quus qui vocatur Diabolus, & Sathanas qui sedu
cit uniuersum orbem: & proiectus est in terram, et
Luce.10. Angeli eius cum eo missi sunt, ad quod Euangeliũ
illud alludere videtur: vidi Sathanam sicut fulgur
de celo cadentem, en eos de celo ad terram ruere
scriptura contestatur: quos tamen Paulus in aere
tenebrarum degere adstruit.

Solutio.

Phy. Satis ac satis captiosam contradictionem excitasti
ingeniose Didyme: sed arrige aures queso: quantũ
li.de na.bo ni.cap.33. ab Augustino didicimus, Sathan & Angeli eius
li.9.nũc.ri: aerem caliginosum inhabitantes: ignis penam de
ca.29.li.3. libant, ibiq; carcerem in penam ad diem iudicij sor
sup gen.ad lram.c.10 titi sunt: inde vero ad centrum terre inferrorũ bara
Matt.25. trum detrudentur: quod quidem Euãgeliũ attesta-
ri videtur, dum dicit. Ite maledicti in ignem eter-
nũ, qui paratus est Diabolo & Angelis eius. Ecce
ignem eis paratum asserit: nec eius ardorem vsq;
2.Pet.ca.2 tenus eos sensisse ponit. Consimiliter Petrus cla-
mat si enim Deus Angelis peccantibus nõ peper-
cit, sed rudentibus inferni detractos in tartarũ tra-
didit cruciandos in iudicium reseruari: perspicue
etenim asseuerat Petrus, aerem caliginosum qui
celum dicitur, in carcerem eos sortitos vsq; ad fina
le iudicium inde vero ad tartarum mergentur sem
lib.de nat boni.ca.33 piterno igne discrutiandi: non tamen illud celum
Demoniorum penalem habitationem in quo sunt
sydera intelligendum fore autumauit Augustinus,
sed hoc inferius cuius caligine nubila conglobant
qui tamen ad torquendas animas prophanas uicis
sim diuina prouidentia ad tartara demittuntur: &
eorum casus ab Empireo celo ad carcerem tenebra
rum descripsere, tum Esaias: tum vero Euangelium

ait enĩ Esayas Quomodo cecidisti lucifer? cui cõ- cap.14
cors Lucas clamitat: vidi Sathanã sicut fulgur de cap.10.
celo cadentem, dum vero Ioannes reuelationis libro eos ad terram deiectos pandit, de finali eorum casu edisserit: & est vt dicat, Sathã serpens ille ãti cap.12.
quus et omnes Angeli eius cũ eo a celo expulsi sunt vt in fine ad terrena tartara deiciãtur: nõ negaret tamen Ioãnes Apostolus, cuipiam ab eo scire volenti, apostatas spiritus in aere caliginoso ad diẽ iudicij inferni penas luere.

Rite mones pater Phylothee, verum ardeo abste Di.
discere, an spiritus illi a Deo apostatantes celestis beatitudinis nectar aliquantisper ebiberint?

In Augustini, dogmata iam iam dilabẽs, dico eos Phy.
nũꝗ Deorum ambrosiam degustasse: quoniã ima lib.1.sup.
ginarium sue creationis tempus in quatuor instan gen.cap.2.
tia partiri solemus, primo nãq; in puris naturali- lib.12. de ci.
bus naturali perfectione perfecti extitere oẽs electi Dei.cap.9
& reprobi. 2. Gratia omnes repleti sunt. 3. Boni mediante gratia meruere beatitudinem: mali vero a gratia delinquentes ceciderunt. Quarto boni perseuerantes in gratia sic firmati sunt: ut nullatenus deliquisse possent, mali vero vsq; adeo in demeritis roborati fuere vt eos nunquam peniteat patrati sceleris.

Sed sacra scriptura oppositum adnotauit Iob. n. Di.
inquit ipse principium uiarum Dei. Esaias autẽ ei cap.14
adstipulatus clãmitat, quomodo cecidisti Lucifer cap.14
ꝗ mãe oriebaris? quibus Ezechiel ipse cõsentire di cap.28.
gnoscitur: dũ dicit. Tu signaculum similitudinis plenus scientia & perfectus decore, in delitijs paradisi fuisti, quid clarius? quidue limpidius pater Phylothee?

Perpendas queso Didyme, omnes hasce authori- Phy.

tates,luciferum perfectum perfectione naturali in celo Empireo de supremo choro atteftari,ob id uero ex scripturis non liquet,ipsum felicem felicitate super naturali quandoqꝫ fuisse.

Di. Rem teneo edepol:nihilosectius edisseras precor, an tartari receptacula loca corporalia appellare debemus?

Phy. Cap.50 Ex scripturis sacris luce lecetius hec elucescit veritas mi Didyme. Ecclesiasticus clamat. Vita mea erat appropinquans inferno deorsum. Lucas autẽ

Cap.16. synum Abrahe in quo Lazarus,nec nõ infernũ,in quo diues Epulo receptacula corporalia esse describit,cui consentiens Matheus Christum dixisse ait. Esto consentiens aduersario tuo dum ex in uia ne

Cap.5. forte tradat te iudici,et iudex tradat te ministro et in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem.

Di. Verum enimuero Augustinus libro.8.ad Geñ.sub dubio eam reliquit veritatem. Qui demum alibi infernalia loca eorũqꝫ penam spiritualia & nullatenus corporalia ratus est quoniã corpus ne vtiqꝫ in spiritum agere quibit.

Phy. lib.12.sup geñ.ca.30. li.de cogn. vere vite. cap.40. Infernum spiritualem fatetur Agustinus:quoniam non locat animam corporaliter. Velut fabri facta Domus habitatores localiter & corporaliter locare solet. Cõsimiliter ignis ille inferni nõ naturaliter & corporaliter ĩ spiritus agere potest:ut vna pars ignis unam spiritus partem comburat:sed spiritualiter seu intentionaliter, eos discruciat: obiectiue immutando & deffinitiue detinendo. Ait Lucas

Cap.16. diuitem Epulonem illum dixisse:crutior in hac flãma,& rursus inter nos & vos chaos magnũ firmatum est,vt hi qui volunt hunc transire ad nos non possint,neqꝫ inde huc trãsmeare. Ecce iam quo pa-

ὰo ignis ille discrutiat, patefacit Euangelium.

Notula.

Vide Augustinū libro Enchyr. cap. 28. lib. de natura boni cap. 33. li. questio. super librum numeri. q. 29. lib. 3. super Gen̄. ad literam, cap. 10. lib. 1. super Genesin. cap. 2. lib. 12. super Genesi. cap. 30. lib. de cognitione vere Vite capitu. 40. lib. 12. de Ciuitate Dei. cap. 9 Et nauiter percurras, librū de Ciuitate Dei Octauum cap. 14. 15. 16. & 22. nec non libr. nonum. ca. 2. & 3. & inuenies Apuleum platonicū li. quem de Deo Socratis inscripsit asserere: animalia rationalia esse triplicia: quedam Dij nuncupantur excellentiorem locum sibi vendicantes, puta celū. Quedam vero Demones feruntur, medium locū sibi sortientes: videlicet Aerem. Alia vero homines sunt, infimum locum, puta Terram possidētes, propterea quod Demones sunt gener animalia animo passiua mente rationalia, corpore Aerea Tempore eterna. Quos hominibus platōici sic ut anteponūt ut sacrificia ad eos placādos offerri debere asserāt. Namq humana latria gaudēt: & donis vsq adeo hominibus cōciliantur, ut respōsa prebeant, et miracula operentur. Nos autem Euāgelice pietati addicti Demones spiritus apostatas in aere caliginoso īferni penas luētes ad diem iudicij asserimus. Quibus nullum prestādum honorem consulimus, quoniam scriptum est. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Deos vero in celis felicem uitam ducentes in gloria venerari: & ut pro nobis intercedant precari humiliter debemus.

Epistola ad Philippenses.

Ex Secundo Capitulo.

Contradictio vnica.

Propter quod & Deus exaltauit illum & dedit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur: Celestium, Terrestrium & Infernorum.

Di. Ab ineunte etate paulum Dauidem iuniorem appellari usq; adeo Dauidis voces concordi spiramine eum imitatum intuitus sum, nunc uero eos pugnantia dicere cernens, admodum profecto discrucior: Ait Paulus. Deum hoc munere Christum donasse, ut in nomine eius omne genu sit flectendũ, sicut Angeli, homines, demonesq; in inferno degentes eum adorent, nihilominus Dauid in spiritu clamat. Non mortui laudabũ, te Domine: neq; omnes qui descendunt in infernum.

Philip. 2

ps. 113.

Solutio.

Phy. li super geñ. cap. 33 Augustini dilucidationem textui Pauli adaptãtes dicimus, genu infernorum in nomine Christi deflecti non esse id quod Christũ laudare: valde. n. hec duo sese certant, Deum laudare & ad nomen eius genu deflectere, laus enim ex amore porigitur genu vero timore curuatur, ob id uera profert Dauid, q mortui qui uitam gratie amiserunt, nec vtiq; Deũ ipsum laudabunt, nec qui ad inferna detrudũtur, sed nos qui gratia viuimus, et in celis eternaliter uiuemus ei gloriam decãtabimus: nihilominus Paulus ab eo non deuiat: quoniam tunc Demonum ad Christi nomen curuata sunt genua, quando ad limbum descendens, eius confregit vectes de inferno triumphans. Ait enim propheta. O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne, cui adstipulatus Petrus inquit. Quem Deus suscitauit solutis doloribus

Osee. 13. Act. 2.

loribus inferni iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo, Dauidis sententia impinctus dicentis. Quoniam non derelinques animam meã in inferno, a quibus non deuiauit Paulus dũ dixit. Qui primus ascendit ad celum ipse primum descendit in inferiores partes terre. Ps. 15. Eph. 4.

Augustini hec dilucidatio perplacet profecto pater Phylotheæ. Tu vero propria officina quid noui affers? Di.

Nos qui declamatorie populo fideli sacrarum scripturarum Archana pandere assuescimus: dicimus duo infernorum receptacula reperiri. Alterũ inquo eternam ignis penam luunt reprobi. Alterum vero vbi ueterum scelerum expurgantur anime: ut inde recte factorum in fide: merito passionis Christi digna premia ad Celum reportẽt. quod Purgatoriũ Augustinus sepius nominare assolet. Dũ itaq; Paulus tali munere nomẽ Christi donasse Deũ adstruit ut ad illud etiam infernorum genu incuruetur: de existentibus in illa inferi parte que purgatoriũ nũcupatur ipse edisserit. Sedet ne tibi cordi hec noua dilucidatio bone Didyme? Phy. Li. En. hy: c. 68. et. 106 li. de ci. dei c. 24. li. de uera et falsa pnia. c. 17.

Sedet quidem sed quale Christi nomen tanti esse arbitratus est Paulus? Di.

Quod Lucas a uirgine matre ei imponendum adnotauit. Phy. Luce. I.

Quale nam? expromas queso. Di.

Iesus. Phy.

Multi fuere tali nominis ornamẽto insigniti: Iesus filius Nun. Iesus filius Yoiade Iesus filius Scyrach & alij quos scriptura siluit. Di.

Ne utiq; sic credas mellite Didyme Iesus Dei nostri nomẽ pẽtagramatõ: nõ et Tetragramatõ extat quinq; enim literis hebraice inscribitur: videlicet. Phy.

quod sonat idest Iesuh. Et rationabiliter quidem: homo enim & Deus ipse est: quatuor ergo illi characteres in eius nomine describuntur, quibus nomen Dei Tetragramaton adnotari solet: quibus additur.

Quod quidem altissimo effectũ est misterio Iesuh enim Deum & hominem ostendit: in quatuor nempe literis quibus nomẽ Dei Tetragramaton inscribitur: eius diuinitas splendescit. In scyn vero eius. humanitas agnoscitur: nam sicut quispiam dente cibos terit & dura frãgit: sic Christus humanitate sua in qua pro nobis crucis penam pertulit: tanꝙ Diuinitatis instrumento: peccati vectes cõfregit.

Esai.53. Ait enim scriptura. Vere languores nostros: ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit: qui peccatum

1.petri 2. nõ fecit: nec inuentus est dolus in ore eius: En cabalistice mi Didyme huius noui nominis Archanũ rimemur. vide queso: ut quinq; sint litere: media tamen scyn nõ ab re ponatur Et est ut dicat Iesuh. i. Deus cõtinens humilitatẽ quã assumpsit in unitate suppositi: velut quatuor illi characteres scyn in medio amplectũtur ꝙ totũ Esaias expressit: dicẽs: Vocabitur nomen eius.

Esai.7. Matt.6. Emanuel quod interpretatur nobiscum Deus.

Di. Demiror nempe Christo Deo: & multis Ade filijs hoc nomen fuisse commune.

Phy. Non mediocriter a uero deuiant: qui idem nomen Christo Deo: & alijs tribuunt: aliquod nẽpe nomẽ Hebraice his notatur characteribus.

Et sonat Iosue. Christi Dei nomen his literis describitur. Et sonat Iesus Ob id Esai. longe ante hoc predixerat. Et erit tibi nomen nouum, quod

Cap,62 os Domini loquutũ est. Iesuh et enim a Deo nouũ nomen cernitur: ut nullum unꝙ hominũ sic nomi-

natum comperite valeamus.

Notula.

Legito Augustinum libro primo super Gen̄. ca. 33. lib. contra Episto. fundamenti Manichei. cap. 36.

Epistola ad Collosenses.

Ex Secudo Capitulo.

Contradictio Vnica.

Videte ne quis uos decipiat per philosophiā et inanem fallaciam. Rursus: nemo uos decipiat in sublimitate sermonū: et iterum. Nemo uos seducat inanibus uerbis: necnō sciētia inflat: & alibi: stultas autem & sine disciplina questiones deuita sciēs quia generant lites: oppositum tamen insurgit: quoniā prima ad Chorinthios: scientiam enumerat Paulus inter dona spiritus, uide concilium epistola prima ad Corinthios. Col. 2. Ibidem Ephe. 5. 1. Cor 8. 1. Timo. 2. Cap. 12. Cap. 8. 1. Thes. 4.

Epistola prima ad Thessalonicenses.

Ex Quarto Capitulo.

Deinde nos qui viuimus: qui relinquimur simul rapiemur obuiam Christo in aera: & sic semper cū Domino erimus.

Qui ad iudicium iudicandi resurgent in aere permanere debent: ut ait Paulus: cuius oppositum predicauit: Propheta inquiens. Dei personam gerēs ad ducā omnes gentes in ualle Iosaphat & ibi disceptabo cum eis. Di. Ioel. 2.

Solutio.

Ex Euangelio te scire scio mi Didyme ꝙ ad iudiciū resurrecturi a iudice Christo ab inuicem separabuntur: sicut oues ab edis pastor disseparare consueuit Electi enim dexteram Reprobi uero sinistram, (Dei prouidētia) tenebūt Qui enim sinistram sortientur; in Valle Iosaphat morabūtur ut sicut terre Phy.

na funebriter adamarunt: sic terra eorum sit heredi tas. qui vero dexteram eligent: quibus Christus di cet. venite benedicti patris mei: in aere Dei omnipotēti manu colocabuntur, Dū itaq; Paulus dicit

1. Tes. 4. Nos qui uiuimus qui relinquimur simul rapiemur obuiā Christo in aera: et sic semper cum Domino erimus de electis inuitatis ad gloram palā eloqui

Libro. 2 de ciu. dei. Cap. 20. tur: non ita tamen intelligit. q electi in aeris Regione cum Christo semper felici Aura enutrientur: sed est ut dicat (docente Augustino) ubi Christus erit

Di. ibi semper immortalia corpora deferentes: & nos beatitudine perfruemur.

V sq; adeo sapientiæ Ambrosiā tua verba mihi re dolent Phylotheæ. ut cū unam abste didicerim ue ritatem mox aliā scire animus inardescat: dic ergo (si libet) quid sibi illa uerba nolunt? deinde nos qui viuimus. qui relinquimur. An forte sic aliqui in ui ta relinquerunt: ut mortis iaculis nunq; feriantur?

Phy. Nequaq; sic credendū opineris bone Didyme. Au

Libro. 2. de ciui. dei cap. 20. lib. de fide. & symbolo. ad cathecuminos. c. 8. Matth. 24 gustinus enim hoc pacto interpretatur. Nemo quidem euadere quibit quin mortis Achonita non ebibat et Atrox eius uenenum non degustauerit: sed nos q uiuimus uita gratie: et qui relinquimur ex persequutione Antichristi: quam Euangelium adnotauit dicens: erit enim tunc tribulatio magna qualis nunq; fuit ab initio mundi usq; huc neq; fiet: et nisi breuiat fuissent dies illi nō fuisset salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur Dies illi.

Di. Antichristus ergo ante Iudiciū in mundū ueniet?

Phy. 2. Thes. 2. Antichristus sit uenturus nemo est qui ambigat inquit enim Paulus Reuelabitur homo ille peccati filius perditionis qui aduersatur & extollitur supra omne id quod dicitur Deus aut quod colitur. Ita q in templo Dei sedeat; ostendens se tanq; sit Deus

cui atteſtatur Ioãnes. Audiſtis quia antichriſtus ue nit Dequo quidem dixerat Daniel propheta: cum creuerint iniquitates cõſurget rex impudẽs quorũ uoces imitatus Auguſtinus ait: nõ ueniet ad iudicã dos uiuos & mortuos Chriſtus: niſi ueniat eius ad uerſarius antichriſtus. 1.Cano.2 uenit pro ueniet Daniel.8. Lib 2. de ciui.dei.c. 13.lib.de antixpo.

Qua patria qua uegente?

Di. Phy.

Hieronymus Babilone naſciturum opinatur antichriſtum: Santus Metodius quẽ Diuus Hyeronymus mitis afficit laudibus: eum i Corozaim Ciuitate Galilee oriundam putat: Auguſtinus uero Betlehem in patriã ei adſcribit: de tribu Dan parẽtibus hebreis exorietur propheta rat nãq; Iacob in Egypto Antichriſtum de tribu Dannaſci debere dicẽs fiat Dan coluber in uia. Ceraſtes inſemita: mordẽs ungulas equi ut cadat ſeſſor eius retro. Quam quidem prophetiam de Antichriſto interpretatus eſt Ambroſius: & non abre profecto nãq; dinumerãs Ioannes libro reuelationis duodecim Tribus Iſrael dimiſit Tribũ Dan loco cuius Tribus Manaſſis ſuffecta eſt: qui filius Ioſeph inſcribitur. Hier. ſup Dan.ca.7. Hie ro.in prologo ſu per Dan. lib pdeſ.& priſcis & tẽporibus Ceraſtes ſerpẽs c. cornutus. Apo ca.7 Gen.38.& 50. Di. Phy. Dan.12.

Quoto regnabit menſe?

Quadragintaduobus mẽſibus Chriſticolas ſeducere conabitur propterea propheta dixit: eum regnaturum per tempus per tempora: & dimidium temporis hoc eſt per ãnum per duos annos et per dimidiatum annum quod quidem Apocalipſis notarius deprompſit dicens. Et data eſt ei poteſtas facere mẽſes quadraginta duos. Cap.13.

Qualem namq; finẽ Antichriſtus hic ſibi ſortiet. Di. Phy.

Chriſtus ſpiritu oris ſui in monte Syon eũ occidet. ait Paulus. Quem Dominus Ieſus ſpiritu oris ſui interficiet. 2.Theſ.2.

Notula.

Legito Augustinum lib.2.de Ciuitate Dei cap.19. et cap.20.lib.de fide et symbolo ad cathecuminos cap.8.lib.in Epistola Ioannis Homel.3.& pōdera dictum Ioannis 1.can.cap.2.ꝙ omnes inimici Christi antichristi dicuntur. Hic tamen filius perditionis quem Paulus hominem peccati appellat per anthonomasiam antichristus dicitur teste Augustino.

Epistola prima ad Timotheum.

Ex primo Capitulo.

Contradictio Prima.

Lex iusto non est posita; sed iniustis & non subditis.

Di. 1.Tim. 1. Duo nempe uelut inter se contraria connectitur Apostolus que sunt:lex iusto non est posita sed iniustis. Et scimus quia lex bona ē:siquis ea legittime utaī ꝙ enim lex bona sit:eamq; scelectis dūtaxat exhibita mdicamus ualde sese certare autumauit Augustinus quoniā si bona est potius bonis & iustis q̄ malis & iniustis ipsa prestari debuit. (Libro de spū et litera cap.10.)

Solutio.

Phy. ps.18. Legem bonam esse nemo est qui ambigat:ait enim Dauid lex domini īmaculata conuertēs animas, testimonium domini fidele sapientiā prestans paruulis. Cuius voces imitatus Paulus ad Romanos iuquit. Lex quidem sancta & mandatum sanctum et iustū et bonum:ob id scias velim legē omnibus eam acceptare volentibus a Deo latam esse. (Cap.7.)

Matt.19 clamat quippe Euangelium. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Et singulariter ad unum hominē tantum verba dirigit non magis isti q̄ illi sed omnibus in uno precipere videatur. Dum itaq; Paulus legem iustis non esse positam adstruit eo fine intendit quo.s.lata est iniustis. Nāq; iniustis,& (Augustinus.)

peccatoribus posita est lex ut eius metu earum coherceatur audacia et iniustria penitus: deleatur iustis uero data est eadem lex ut iniustitia sua perlegem firmentur: hoc Paulus ipse innuit dum dixit: propter transgressionem posita est lex donec veniret semen cui promiserat ordinata per Angelos in manu mediatoris et alibi vmbram habens lex futurorum bonorum quoniam iustis non indigentibus lege signum tantum ipsa lex fuit iniustus autẽ & transgressoribus infernum lata est. Gala.3 Gene.22. Act.7. Heb.10.

Superficietenus hanc tuam capio dilucidationem Phylothee. Quamobrem paradigma aliquod ex sacre scripture archyuo te afferre cupio. Di. Exẽplum dicti. Phy.

Verborum Christi reminiscere mellite Didyme et rem acu tanges:

Que nam? dic sodes.

Dixit .n. non veni vocare iustos sed peccatores ac si peccatores magis diligeret, ꝙ̄ iustos: sed ne vtiꝙ̄ hoc credendum opineris: subintulit nempe non veni vocare iustos sed peccatores ad penitentiã: omnes enim vocare venit. quoniã pro omnibus mortuus est buccinante Apostolo sed non venit vocare omnes ad penitentiam: iusti enim penitentia non egent: idcirco ad eos accersiendos venit minime: eo videlicet calle quo iniustos & peccatores ad penitentiam inuitabat. Di. Phy. Matt.9 Rom.5 Matth.9 Luce 13.

Notula.

Legito Augustinum libro quest. veteris & noui testamenti questione quarta & quest.69. libr. ad Simplicianum quest. prima libro psalmorum. p̄s.118. versiculo illo legem pone mihi domine viam iustificationum tuarũ libro de spiritu & litera ad Marcellinum cap.13. nec non p̄s.1.

Contradictio secunda.

Deus vult omnes homines saluos fieri: & ad agnitionem veritatis peruenire.

Di. Omnes saluari per ueritatis agnitionem Deũ vel
1.Tim.2. le adstruit Paulus. Qui tamẽ clamitat, nouit: deus
2.Tim.2. qui sunt eius: contestante veritate, ore Ioannis di-
Cap.15. centis: ego scio quos elegerim: si quosdã Deus ipse elegit, alios vero reprobauit: ergo non vult omnes perpetuo beati.

Solutio.

Phy. Non ab re in hoc verendum dicis bone Didyme: Alias nempe & ego ipse sepius dubitauerã: sed vt omnis ex huiusmodi Pauli verbis: abstergatur lymus: aduertas velim: quoniam stilo Augustinus Verba illa Pauli metitus est: Deus vult omnes homines saluos fieri. i. quotquot saluantur Dei uoluntate saluantur: ac si dicat qui enim salui fiũt: ob id saluanẽ quoniam Deus vult eos saluari: nec intelligendum ipse opinatur, Deum velle omnes sic
Ioan.1. saluari ut nullus damnetur: & illud Euãgelicũ huic assimilari perhibet Augusti. videlicet: illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: hoc est: quotquot illuminantur a Deo illuminãtur nam nemo aliũde illuminari potest, nisi a luce illa veritatis que Christus est: tũc cessat tua dubitatio mellite Didyme. Deus enim aliquos elegit nõnullos vero reprobauit: ob id ab eterno: qui sunt &
Augusti. ipse dinouit: ait enim Euangelista, Christũ dixisse
Lib Ho mel. super ego sum pastor bonus & cognosco oues meas: dũ
Io. Home. vero paulus protulit Deum velle omnes saluari:
45. hoc est dictum, ꝙ nemo saluari quibit, nisi Deus
Ioan.10. Di. ipse velit.
Ench.113. Alibi Augustinus. Alium intellectum verbis illis Pauli adhibuisse audiui: qdnam pater Phylothee ¢

Libro quē manuale appellare solemus, Augustinus pro generibus singulorum illam interpretatur pro positionem non pro singulis generum: ac si dixisset Paulus. Deus vult ex omnium hominū genere ali quem in celis beādum: vt puta. Reges primates, no biles: ignobiles: sublimes: humiles doctos: indoctos integros: debiles: tardicordes: diuites: pauperes: ma res: feminas: infantes: pueros: adolescētes iuuenes: se nes. In linguis disparibus: in artibus: in professioni bus: in voluntatum & conscientiarum varietate constitos: capis ne? — Phy.

Capio hercle pro captu meo denuo tamen ambigēdū puto: quoniam Christus hominē libertate ar bitrii sui eius volontati multoties resistere docet: in quiens volui, quotiens volui congregare filios quē ad modū gallina congregat pullos suos sub alas et noluisti: & tamen Paulus oppositum sentire osten dit, cū dicit. Volūtati eius quis resistit? quid dica sapientissime Phylothee penitus ignoro. — Di. Matth. 12. Rom. 9.

In hoc garriunt qui pallinodia oblectantur: nec re cantasse eos unq̄ penituit: audi queso, Augustinus duo hec monimenta rite liberauit: vbi nos edocens asserit, q̄ Deus aliquādo vult aliquid: Cuius tamē oppositum euenire sinit: & tunc creatura creatoris voluntati facile resistere valet: sic enim Sinagogā in fide coadiuuare uolebat: eos tamē arbitrii liberta te ad vota currere pmittebat: ob id ipsi facile eius voluntati resistentiā parauerunt: nonnunq̄ autem Deus uult aliquid, nec eius oppositū aliquo modo euenire permitit: & Deus sic volēti nullus unq̄ ho minum nec Angelorum resistere quiuit: hoc nanq̄ pacto mundum creare voluit: Sic eum in fine iudi care decreuit. ut nemo sue uoluntatis propositum impedire possit: ait enim. In uolūtate tua Domine — Phy. lib. Enc. 97. et. 100 Hester. 13.

cuncta sunt posita: & nō est qui tue possit resistere
voluntati. Tu enim fecisti celum & terram: & uni
uersa que celi ambitu continentur. Dominus uni-
ps.113. uersorum tu es: & Dauid cecinit. Deus autē noster
ps.110. in celo, oīa quecunqꝫ voluit fecit: et alibi. Magna
Di. opera Domini exquisita in omnes voluntates eius.
Petrum saluandū, & iudam damnandum qua vo-
Phy. luntate voluit?

Prima quidē, sic enim voluit, vt petrum damnari
facile sineret, si ipse damnari voluisset: nec etiā vo
lens Iudam damnandum ad damnationē eum co-
gebat, sed misericorditer eum saluari sinebat.

Notula.

Vide Augustinū lib. Enchyridion cap 97. 100. 102.
& 103. necnon eodem lib. cap. 97. 98. & 100. libro
Homeliarum super Ioanne Homelia. 45.

Ex Tertio Capitulo.

Contradictio Prima.

Qui episcopatum desiderat bonum opus
desiderat.

Di.

1. Tim. 3. Episcopalem ambire dignitatem: usqꝫ adeo Paulus
Mat. 20. laudare videtur: ut Episcopatum desiderare bonū
opus sit desiderate aperte dicat. Nihilominus Chri
lib. 19. de stus oppositū mādando fidelibus iussit: dum dixit.
Ciui. dei. Quicunqꝫ voluerit inter uos maior fieri sit vester
cap. 19. lib. minister quantum ab Augustino didicimus in epi-
de duodecim abusio scopatum: quatuor inuoluta nos comperimus: que
nū. gradi- sunt: preesse, prodesse, diuitie, labor: preesse enī ap-
bus grat. petere scelus est in Euangelio: prodesse proximis et
2. Tess. 3. eis in spiritu seruire, Christi munus est: itidem, diui
tias appetere que episcopatum concomitari assue
scunt nullatenus licet: laborem vero exquirere ne

dum licet: quin omnibus laborandum precipitur: dum itaq; Christus innuit dignitate nos ambire minime debere uiam ad celi ianuam nobis ostendit per humilitatem. Cum uero Paulus episcopatũ desiderare bonũ opus desiderare esse asseruit: opus inquã dixit idest laborem non diuitias seruire non imperare. Cuius rei testimonio nobis esse quibit uocabuli interpretatio. Ait enĩ Augustinus: episcopatus est nomẽ opis nõ honoris. grecũ enĩ est & sonat super intendere Epi. quippe super: scopos uero intẽtio est: ergo Episcopim grece si latine interpretari uoluerimus super ĩtẽdere dicere poterimus: ut intelligat nõse esse Episcopum qui preesse dixerit non prodesse Propterea aliqua inserit uerba Apostolus quibus facile perpẽdat unusquisq; qualem se prebere debeat, si Episcopatũ adipisci eius animus inardescat: dicens. Oportet Episcopũ irreprehensibilem esse: sobrium prudentem, ornatum, pudicũ hospitalem doctorem, non uinolentum non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non deniq; cupidum. lib.19.deciuita.c.19. 1.Tim.3.

Hem pater Phylothee grauem sarcinam episcoporum humeris impositã cernimus: diuitias ergo possidere non debent Episcopi. Di:

Quantas ad uictum & uestitum cõpensato labore necessarias & ipse dignoscet sibi arrogabit: clamat equidem Paulus. Qui bene presunt presbiteri duplici honore digni habeãtur: maxime qui laborãt in uerbo & doctrina: dicit enim scriptura nõ alligabis os boui trituranti: & dignus est operarius mercede sua & rursus dicit Apostolus habẽtes nunc alimenta & quibus tegamur iis cotenti sumus. Nam qui uolunt diuites fieri incidunt in tentationibus & in laqueum Diaboli. Phy. 1.Tim.5 Deut.25. 1.Cor.9. Matth.10. Luc.10. 1.Tim.6.

Di. Tempestate nostra nonnulli Episcopi diuitiis supe
Phy: rabundāt, quid ergo consulendū ducis Phylothee?
Di.
Phy. Seruentur canones
12.q.1.cap. expedit. Qui nam: dic sodes.
12.q.2. ca. vobis. 16. q.1.ca. cōstitutum. De bonis Ecclesie quatuor fieri partes canonica sācio mandat: prima ad Episcopi honorabilē Victū secunda ad domum Dei structuram, ne ruant Xpi oratoria: tertia sacerdotibus alteris deseruientibus nec unde viuant habentibus porrigatur: quarta uero pauperibus egenis & captiuis.

Di. Audiui enim populo fideli uerbum Dei predicare Episcoporum esse: ais, an negas pater Ppylothee?

Phy: lib. de duodecim abusionū gradibus. gra. 10. Augustinus quippe ne dū hoc dicit: sed ex scripturis comprobare entitur. Ait enim propheta, pastores mei demolliti sunt populū. & non pascebāt gregem meum pastores, sed pascebant semetipsos.

Ezech. 34.

Notula.

Legito Augustinum lib. 19. de Ciuitate Dei cap. 19 lib. de duodecim abusionum gradibus, grad. 1. & 10 & rimare dictum Augustini ibidem inquiētis. Episcopum speculatorem in sacris literis nuncupari. Ezech. 3. qui speculari ex charitate fidelium mores sic tenet vt dum eius monitis parere quispiā spernat, sentētia excōmunicationis eius interitum reddit (mādate Christo) Matth. 18. Qui Ecclesiam non audierit sit tibi Etnicus & publicanus.

Contradictio tertia.

Oportet enim Episcopum vnius vxoris uirum esse.

Di. 1. Timo. 3. Eodem dictatu Paulum pugnantia aducere ostendit, dum episcopi condictiones dinumerans, dicit, cum vnius vxoris virū & castum, & pudicū esse debere: ꝙ enim sit castus & pudicus, & vxorē sibi

dicet quiſpiam:impoſſibile eũ tentare opinor : nã idem ipſe Paulus ait. Vir ſui corporis poteſtatem non habet,ſed vxor. Similiter vxor ſui corporis poteſtatem non habet. ſed vir. 1. Cor. 7.

Solutio.

Caſtitas(vt Auguſtino placet). Longe cõmunior virginitate exiſtit:dũ enim Apoſtolus iubet, Epõ caſtitatem ſeruandam,eum virginitati adictũ nõ facit:ait enim, de virginibus preceptum Domini non habeo,cõſilium autem do:genus ergo caſtitas eſt:tres ſub ſe continens ſpecies:que ſunt caſtitas virginalis:matrimonialis: & vidualis:eque nẽpe virgo: & marito cõiũcta:caſtitati deuincũtur:vt caſtitate matrimoniali ſic nupta mulier deuincat quemadmodum virgo,virginea,et vidua viduali. Non ergo repugnant illa duo:vt Eps matrimoniũ & caſtitatẽ ſimul amplexet:abſte itaq; omne depellas dubium mi Didyme. Nam Paulus non iubet epiſcopum virginem eligendum,ſed eum maritum unius vxoris caſtum:pudicum: & continentem habes ne? Phy: li. de bono coniugali li. de virginitate. 1. Cor. 7.

Habeo hercle:verũ enimuero:Eccleſia hac noſtra tempeſtate epiſcopos omneſq; ſacerdotes ad matrimonium illegitimos facit: quorſum enim hec effecit? ſi Paulus ad matrimonium omnibus indulgentiam tribuit? Di. 32. diſt. ca: placuit 37. di. ca. preſbiteris 28. de. ca. nullũ

Auguſtinus profecto tue ſatiſfacit petitiõi bone Didyme,inquiens.ſatius expedire ſacerdoti non nubere,q̃ nubere quoniam Paulus dicit:vellem autẽ omnes eſſe ſicut meipſum: & rurſus. Bonũ eſt eis ſi permãſerint ſicut & ego:nec precepit Apoſtolus Epiſcopo vxorem eſſe ducendam:ſed ſi vxorẽ ducat vna tantum ſit contentus muliere virgine ne vxor eius biuiria faciat ipſe poſtmodum bigamus Phy. l. q. veteris & noui. 12. cap. 127. 1. Cor. 7. li. 1. de bono cõiuga: cap. 13.

efficiatur: sacris namque ordinibus bigamus ex toto arcetur, & penitus irregularis efficitur (teste Aug).

Di. Si Paulus ad indulgentiam omnibus matrimonium concedit: cur Ecclesia illud sacerdotibus omnino interdictum esse demandat?

Phy. Quod vno tempore ab homine seruandum Deo

Gen. 17. complacuit. Illud idem alio tempore seruari prohibuit: circuncisionē nāque ab Abrae diebus, vsque ad Christum obseruari: omnibus salutem volentibus

Gal. 5. precepit Deus. Quam tamen tanquam mortiferam abditauit: bucinante Paulo. Si circūcidimini nihil vobis prodest Christus: paripassu sacerdotibus vxores ducendas vno indulsit tempore: ore Pauli. Quod tamen suadente Ecclesia alio tempore penitus interdixit.

Di. Si tui animi candorem non expertus fuissem pater Phylothee: te mihi obganire miris vocibus ac clamarē: en dubitatio mea hec est nūquid Ecclesiam in ius diuinum potestate potiri quispiā affirmare audeat? nemo quidem: si ius diuinum Episcopum maritum fieri posse concedit, qua fronte hoc Ecclesia inhibere presumit?

Phy. Age bone Didyme. Alias nos de huiusmodi cōflictasse memini: scias velim. eo Ecclesiam diuino iuri penitus subtici: vt quicquid ius illud seruandū precipiat, & ipsa obedire teneatur. Si vero diuino iure aliquid nobis permittitur tantū non aūt precipitur. Illud Ecclesia (spiritu sancto dictante) reuocare legittime queat: Paulus namque non iussit: sed permisit ad indulgentiam: vt Episcopi uxorem ducere queant ob id Ecclesia reuocandi illum permissum potestatem obtinuit:

Di. Nunquid virginitas in fide seruata maius nobis periat meritum, quam matrimonium?

Nemo est qui in hoc ambigat: nisi hereticari studeat. Augustinus nempe dicit, a Iouiniano monacho hāc exortam heresim, qui etate sua: Marie deipere virginitatem destruere intendens: aiebat eam pariēdo fuisse corruptam: virginitatem īsuper: et cōtinentiam coniugalem adequabat. Phy. lib. de heresibus. cap. 82.

Notula.

Legito Augustinum libro de bono coniugali. lib. de uirginitate. lib. quest. veteris & noui testamēti quest. 127. libro de heresibus ca. 82. & sepius rimare lector que Augustinus ipse adnotauit lib. quest. veteris & noui testamenti. cap. 127. & lib. de heresibus. cap. 25. inquiens: nōnullos nuptias sic repudiasse: vt eas fornicationibus pares esse dixerit: quos Tatianos hereticos appellat ecclesia, a Tatiāo quodam eresiarcha: & hi sunt hyppocryte prohibētes nubere, de quibus Paulus, prima ad Thimo. ca. 4. notandū insuper abste bone lector ducimus, quod Augustinus ipse idētidem declarauit libro de heresibus cap. 26. & 86. necnon libro de fide ad Petrum cap. 42. qualiter cathaphriges heretici: sic secundas nuptias dānandas putabant: vt eas pro fornicationibus pseudo habeant: Paulo ignorantiam adscribentes: qui secundas nuptias permittit prima Corinthios cap. 7. in quorum errorem etiam Tertulianum delapsum fuisse adstruit Augustinus.

Ex quinto Capitulo.

Contradictio vnica.

Peccantes coram omnibus argue vt & ceteri timorem habeant. Di.

Paulum Euangelio contradicere comperiit Augustinus: dum dixit. Peccantes coram omnibus corripiendos esse; clamat enim Euangeliū, Vade et cor- lib. de correctione & gra. cap. 16.

Matth. 8. ripe eum inter te et ipsum solum: ergo non est corripiendus palam qui in aliquo deliquerit.

Phy. Augustini nodum cum Augustino facile est soluere bone Didyme. inquit enim, Paulum Timotheum monuisse, vt peccantes coram omnibus argueret: quando peccatum ab eis patratũ sic innotescit: vt scandalum generet, & normam malefaciendi aliĵs tribuat: idcirco subintulit: ut & ceteri timorẽ habeant: cum vero Christus occulte arguendũ fratrẽ peccantem iubet: hoc efficiendũ vtiq; erit, si peccatum eius latere ab arguente dignoscatur: quod quidem verba Euangeliĵ deprompsere: si peccauerit in te frater tuus. idest contra te solum: vel in alium: te solo sciente.

Di. Sanum profecto concilium attulisti Phylothee: sed Eya narra obsecro: si omnes ad fraternam obligemur correctionem vsq; adeo. q̃ si Euangelicam instructionem clam de corripiendo fratre postponamus funebriter delinquamus.

Phy. Si absq; scandalo id efficere possimus nempe euãgelico iure astringimur.

Notula.

Videto Augustinum libro de correctione & gratia cap. 16. libro Sermo. de charitate. Ser. 6. lib. Episto. Epistola. 64. ad Macedonium, ac in regula clericorum & pondera dictum Pauli ad Roma. cap. 12. mihi vindictam & ego retribuam: dicit dominus.

Epistola ad Titum.

Ex primo Capitulo.

Contradictio vnica.

Constituas per ciuitates presbyteros: sicut & ego disposui tibi.

Di. Demiror Paulum Tito Episcopo Scerdotes instituendi

tuendi potestatem impartiri nam Petrus clamitat. Vos estis genus electum: regale sacerdotium: gens sancta populus acquisitionis: si omnes sacerdotes in Euangelio Christi instituti sumus: quia Petrus ad omnes sermonem dirigit, cur Paulus aliquos instituendos presbyteros mandat? ad Tim. 1? 1. Ca. ca. 2.

Non te fugiat mi. Didyme Augustinum Textũ illum interpretari intendentem: per presbyteros episcopos intellexisse: nã Episcopus (Augustino teste) est primus presbiter: idest summus sacerdos: dum itaq; Paulus Tito facultatem presbyteros instituẽdi indulget, eum tanq̃ Archiepiscopum Episcopos instituere debere iubet. Lib. quest. ueteris & noui testamẽti. que. 101. & in Epis. ad Hierony. Di.

Rite dicernit Augustinus ipse: nihilominus adhuc militat dubitatio quam excitauimus: cur Paulus: aliquos sacerdotes instituendos p̃cipit si omnes sacerdotis munere iure Euangelio fruimur?

Non mediocriter ab errarunt qui omnes Xp̃icolas sacerdotes esse autumarunt: nec Petrus hoc unq̃ insomniasse credas mellite Didyme: dum enim dixit uos estis genus electum Regale Sacerdotium: fuit ut diceret: vos estis de genere Regum. & de genere sacerdotum: perinde non sequitur: eos omnes sacerdotes appellasse. Phy.

Vnde expiscari poterimus non omnes christianos sacerdotis gaudere dignitate? Di.

Ex lege prius: Moyses enim docuit a Deo se monitum: vt Aaron in summum eligeret sacerdotem filios eius uero in simplices sacerdotes. Leui vero natos in diacones institueret: non minus etiã huiusmodi veritas ex Euangelio splendescit: discipulos enim in ultima cena Christus sacerdotes instituit: nec omnibus conficiendi potestatem indulsit: ob id Paulus clamitat. Panis quem frangimus nõ Phy. Exo. 29. Matt. 26. Luce. 2. 1 Cor. 10.

1.Tim.3. ne cõmunicatio corporis domini est? frangimus in
q̃ dicit: nos.s. sacerdotes populo fideli: et alio loco.
Ponitur discrimen inter presbyterum et diaconẽ.

Notula.

Vide Augustinũ lib. quest. veteris et noui testamẽ
ti quest. 101. et in Epistola ad Hieronymũ. Vbi hec
duo sese differre ad amussim ipse declarat: videli-
cet. Presbyteratum et Episcopatum inquiens: licet
Episcopus maior sit presbytero. Augustino: tñ ma
ior est Hieronymus: perscrutare nouiter Apostoli
dicta ad Hebreos cap. 5. que sunt. Omnis nãq; pon
tifex ex hominibus assumptus, pro hominibus con
stituitur in his que sunt ad Deum, ut offerat dona,
et sacrificia pro peccatis necnõ nemo assumat sibi
honorẽ: sed qui fuerit vocatus a Deo tanq̃ Aaron.

Epistola ad Phylemonem.

Contradictio prima.

Obsecro te pro me filio: quem genui one-
simum forsitan enim ideo discessit ad ho
ram a te: ut in eternum illum reciperes:
iam non vt seruum sed pro seruo charis-
simum fratrem.

Di. Ad Phy: Rome in carcere degens Paulus: Phylemonem ci-
uem Collossensem eius coadiutorem in Christo sa
lutans Onesimum seruum qui cum infidelis esset
ab eo fugam arripiens. Romam se contulit: valde
illi cõmendatum facit: sed qnoniam Onesimus il-
le Romam se recipiens: Paulum predicantem cum
audisset: mox ad Christum euolauerat: Apostolus
eũ ad dominum suũ Phylemonẽ fiducialiter remit
tit: obsecrans eundem: ut Onesimũ non tanq̃ ser
uum, sed tãq̃ fratrem domini admittat, legi profe-

cto verbis et operibus se opponere in hoc ostendit Paulus precipit nãq lex. Deuteronimica dicẽs. Deute. 24.
Nõ tradas domino suo seruum qui ad te cõfugerit. Paulus itaq Onesimum seruum nullatenus domino suo destinare debuisset.

Solutio.

Augustinus aperiendo declarat nomen seruitutis legem adinuenisse ex peccato: sic q condictio seruilis ex culpa non ex natura exorta est: quin sacrã scripturam nusq huiusmodi vocabulũ apposuisse ait, ante quã grato filio Noe iustus maledictionẽ inflixisset dicens: maledictus Canaam, seruus seruorum sit fratribus suis idcirco seruum domino suo esse tradendum uerbo & opere iure Paulus demõstrat: dum Onesimum seruum domino suo Phylemoni fiducialiter remittit: & si lex Deuteronimica hoc efficiedũ prohibet: hoc est: ut nullus seruum ad dominum suum remittere audeat: vt ab eo puniatur: qui virgis ac pice seruum fugitiuum (ut tirãni nõnulli impie solent) discrutiet: nõ autẽ prohibet lex illa ut quispiam seruum fugitiuum ad dominum suum remittat ad veniam: et ut ei reconciliatus in charitate fideliter seruiat.

Phy. Lib. 19. de ci. dei. c. 15.

Gen. 6.

Notula.

Legito Augustinum libro. 19. de ciuitate Dei capi. 15. Vbi ipse etiam dilucidando adstruit: seruum a seruãdo dici, non a seruiendo: ita: ut origo vocabuli inde credatur dicta q hij qui iure belli possunt occidi a victoribus cum seruabantur serui fiebant q Hyeremie et Danielis sortes palã nobis ostendunt.

Contradictio Secunda.

Onesimum pro seruo suscipe ut fratrem.

Onesimum qui ante baptismum Phylemonis Di.

Impoſſibile eſt enim eos qui ſemel illuminati ſunt, guſtauerunt etiam donum celeſte & participes facti ſunt, ſpiritus ſancti, & prolapſi ſunt rurſus renouari ad pe tentiam.

Di. His verbis Paulus impietatem quandam preſe ferens: penitentiam non eſſe reiterandam aſſerere videtur: nihilominus ipſe idem Paulus iam iam dicebat: adeamus ergo cũ fiducia ad tronum gratię eius, vt miſericordiam conſequamur: et gratiam inueniamus in auxilio oportuno: ad quid igitur peccatores hortatur ipſe ad penitentiam ſi penitentis reiterari nequit? quorſum etiam Chriſtus Petrum ad indulgentiam compellens, ait: non dico tibi ſepties, ſed vſque ſeptuagieſſepties?

Hebre. 6. Hebre. 4. Matt. 18.

Solutio.

Libro de uera & falſa pnīa capi. 5. Libro q. uete. & noui teſtamẽti. que. 102. Ezec. 8. Eſaia. 46. Lib. ad ſeleutianum Epiſto. 3. Lib. pſal. ps. 100. clarius. Li de eccl. dog. ca. 20 lib. de fide ad petrum c. 1. Hebre. 5.

Phi. Penitentiam lapſis reuocandam fore nemo eſt qui ambigat. Auguſtinus nempe nouatianos hereticos aſſeruiſſe teſtatur, lapſis poſt baptiſmũ penitentiam prodeſſe non poſſe: qui moriuntur profecto: ait enim ſcriptura, q̃cũque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius nõ recordabor: & iterum: reddite preuaricatores ad cor & inherete ei qui fecit vos: quo fit, vt Auguſtinus aſſeueret, iugiter peccata per penitentiam deleri: etiam ſi in vltimo vite quiſque peccaſſe peniteat: dũmodo penitentia fidelis ipſa cenſeatur: addens ipſe idem Auguſtinus. Si quis alter de iuſtiſſima Dei pietate ſentit non Chriſtianns: ſed Nouatianus eſt.

Di. Et tamen Paulus quempiam per penitentiam renouari poſſe abnuit.

Phy. Non te moueant Apostoli uerba Didyme: nõ enim adstruit, hominem per penitentiam interius renouari non posse: sed in illos hereticos uerba dirigit: qui Anabaptiste dicuntur (Testimonio Augustini) asserentes baptismum reiterandum: quotiẽs in aliquod scelus peccator delabitur. Ait ergo Paulus. Impossibile est: aliquem rursus renouari ad penitẽtiam per baptismum: quoniã Christus semel Crucifixus est: semel itaq; (ut peccata aboleantur) homo baptismatis unda perfudi debet. Et hunc errorem Apostolũ explodere uoluisse verba textus demõstrãt. Ait enĩ rursus renouari ad penitẽtiam: non vtiq; dixit, per penitentiam, ac si palam depromere intẽdisset, neminem reiterato baptismate ad penitentiam reduci quamuis per reiteratã penitentiã aliquis renouatus veterem exuerit hominẽ nouumq; induerit. qui secundum Deum creatus est iniustitia et ueritate sanctitatis.

Lib. Expo. inchoat Epl'a ad Roma.

Notula.

Legito Augustinum. lib. Expositionis Epistole inchoate ad Roma. libro ad Eleusium gloriũ et felicẽ, Epistola 163. libro ad Maximinum. Epistola 203. libro de vera & falsa penitencia cap. 5. lib. quest. ueteris & noui testamenti. q. 102. lib. ad seleutianum epistola 8. lib. psalmorum ps. 110. libro de ecclesiasticis dogmati. cap. 80. libro. de fide ad Petrum cap. 3.

Ex Septimo Capitulo.

Contradictio Prima.

Melchisedech assimulatus Filio Dei manet sacerdos in perpetuum.

Di. Hebre. 7 Gen. 14

Melchisedech regẽ salem. Christo assimilat Paulus quoniam & Christus ipse Dei sacerdos ignotus: uelut Melchisedech, in lege censetur: necnon eius ge-

neologia enarrati non poteſt. Velut Melchiſedech lineam ſacra non pandit ſcriptura: quãuis eum qui dam nominare audeant ſem Noe filium (Iudicio gloſatoris) Verum legem aperte oppugnare Paulus videtur. Que quidem, de tribu leui ſacerdotes omnes inſtituendos mandat: Chriſtum autem de Tribu Iuda exortum notat Euangelium, in qua nullatenus de ſacerdotio meminit ipſa: lex qd dicam, in Chriſti ſacerdotium inuehentibus Phylotheeſni Paulum mentitum coacte dicam? Lib. exo. Cap. 28. Lib. num. 11. c. 2. et. 3 Matt. 1.

Solutio.

Tue dubitatiũcule ſatisfacit Paulus didyme: ait. n. Chriſtum fuiſſe ſacerdotem ſecũdum ord:nẽ Melchiſedech: non autem ex ordine Aaron generis leuitici: quamobrem nihil ei obfuit ex ſemine Dauid de Tribu Iuda originẽ trahere: hec enim duo ſeſe ualde certant: ꝙ quiſpiam ex tribu ſit Iuda: et ſacerdos legalis uocitetur. Nam quicunqꝫ ſacerdotio in lege potiri debebat: ex Tribu leui eum originem ducere neceſſum erat Chriſtus vero nõ extitit leuitici generis ſacerdos: ſed in ordine Melchiſedech prophetica uoce prius ſacerdos in eternũ nominatus eſt clamat enimuero Dauid. Tu es ſacerdos in eternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Ob id Apoſtolus aperire enititur ſacerdotium Melchiſedeh ſacerdotio leuitico nobililius eſſe: quoniam Abraham in cuius lumbis leui tũc erat per ſeminariam propagationem, Melchiſedech ſacerdoti decimas reuerẽter perſolui. Phy. Hebre. 7. Ps. 119. Tu es ſacerdos in eternũ ſecũdũ ordinẽ Melchiſedech. Geñ. 14.

Notula.

Vide Augſtinum libro. 10. de Ciuitate Dei. Cap. 20 declarantem Chriſtũ ſacerdotem et hoſtiam ipſum eſſe. lib. 1. de cõſenſu Euangeliſtarum. cap. 3. lib 4. de Doctrina Chriſtiana cap. 21.

Contradictio secunda.

Di. Hebre. 7. 1. Cor. 10. Quo minus est a meliore benedicitur.
Cui benedictione aliquis porrigit: eum illo benedicente minorem esse absq; contradictione adstruit Paulus: nihilominus nō recordatur alibi dixisse: calix benedictionis cui benedicimus, nonne comunicatio sanguinis Christi est? ac si dicat: sacerdotes benedicere calici i quo est merus Christi sanguinis (diuinitati socia) Quamobrem sacerdos Christo maior erit quia Christo benedictionē & ipse porrigit.

Solutio.

Phy. Sacerdos profecto non benedicet Christo Didyme est enim benedictus in secula: sed benedicit Christū ore eum redemptorem confitendo. Paulus autem dicit, eum calici duntaxat paniq; bendicere, non autem Christo: sed cum panis in corpus virtute Diuina: & uinum in sanguinem Christi transsubstantiatur. tunc Euangelium iure eum sacerdos latrie adorat.

Di. Tua excepi verba sapiētissime Phylothee: at q unū denuo mihi in mentem venit: a sapiētibus me audiuisse memini, Episcopum hostiensem tali gaudere priuilegio, vt Papam electum (quicūq; ille sit) benedicere & cōsecrare teneatur. Si enim omnis benedicens quocunq; bnedicto maior Pauli testimonio diiucandus erit, igitur Episcopus ille Hostiensis, maior erit ipso Papa: quod asserere prophanum duco: quid ais Phylothee?

Phy Risu premor audi queso: dum Hostiēsis Episcopus summum sacerdotem cōsecrat, eiq; benedictionem impartitur, maior est eo dignitate, non autem iurisditionis authoritate: qui mox utroq; modo maior efficitur: dum Papa nuncupatur: hoc est admirabilis, cuius pedibus meipsum dictaq; mea submitto.

Notula.

Legito Augustinum lib.4.de doctrina Christiana cap.21.lib.etiam tertio.cap.9.lib.2.de uisitatione infirmorum.cap.4.& libro sententiarũ prosperi.

Capitulo vltimo.

Contradictio Octaua.

Obedite prepositis vestris:& subiacete eis, ipsi enim peruigilant quasi rationem red dituri pro animabus vestris.

Duo nempe magni ponderis ponit hic Paulus, pri mum, ut prepositis Ecclesie parere velimus: secun dum vero, ꝙ ipsi tale ex nostra obedientia ferunt onus: ut sint pro subditorum animabus rationem reddituri: nhilominus alibi ait, unsquisq̧ pro se rationem reddet Deo: ergo non pro aliis. Di. Hebre. 13. Rom. 14 Phy.

Perpendas queso Didyme subditos quorum hume ris gregem pascendi onus non est impositum: pro sei psis duntaxat rationem antechristi tribunal redi dituros. Ait enim Paulus, omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi: ut referat unusquis q̧ propria corporis: prout gessit: siue bonum: siue malũ. Illi vero quos pastores Christus sibi destruit pro se & pro ouibus sibi comissis rationem reddere iure tenentur. Dum itaq̧ Paulus dixit, unumquẽq̧ pro se rationem reddere debere, rite monuit: sed nõ asseruit pro se tantum. quoniam multi (quos iamtã dicebã) pro se: et pro aliis rationem reddere cogent. 2.Cor.4

Notula.

Vide Augustinum libro de moribus Catholice Ecclesie.cap.33.

Ioannis Engenerij Veneti. Adolescentis:
Ad Lectorem Carmina.

Quecꝫ sub obscuro posita certamine Litis
  Lucidius missa obscuritate patent
Peperit hoc opus, nec absqꝫ summo lepore
  Religionis huius minoritate decus:
Siquis ergo cupit Pauli callere mineruam
  Hoc Enchyridion perlegat inuigilet.

Aloysius Diedus ad Lectorem

Veram quisquis amat doctrinam noscere Pauli,
  Gaudens nunc sacrum perlegat istud opus.
In scriptis Pauli sibi multa obstare videntur
  Que sensu pariter conciliata manent.
Snnt clari studio Paduani quippe Magistri
  Hec monumenta bonis sancta relicta viris.
Est operis tanti o quantum nunc floridus auctor
  Hinc flores veniunt, suauiter & redolent.
Concilium Pauli iam quilibet hoc sibi carpat.
  Persoluat grates iugiter huicqꝫ patri.

Index huius operis.

A

Maſculus

M

V

INDICIS FINIS.